

IX. 12.

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

III A 117.

SIGNAT. CI^oIO^oCCCXIII.

Handwritten text on the left edge of the book cover, partially obscured by the label.

Handwritten text on the bottom edge of the book cover, partially obscured by the label.



CONFABV

LATIONES TYRONVM LITERA-
RIORVM, AD AMVSSIM COL-
loquiorum Erasmi Roterod-
dami Autore Hermanno
Schottennio Hesso.

* *

*

AB AVTORE RECOGNI-
te, & aucta.

TRIGVVA CONVIVIIS
lepidissimis.

LIPSI AE
EXCVSSIT NICOLAVS FABER.

constat vniuersi s. petri

Gobau: Pundall.

HERMANNVS SCHOTTEN.

nius Hesus candido Lectori.

CVM nuper hasce conderem nugas pueriles, can-
dide lector, in eorum usum qui sub mea agunt
ferula, ilico exoriebantur nonnulli (nescio an
amore uel odio ducti) qui dicerent se satis admirari
non posse, adendi colloquia prouinciam me uelle subi-
re, post Erasmus illum Germanie decus, & literariū
uerarum uindicem nostra ætate cuius colloquia omni-
um iuuenum palatis satisfacerent. Horum stomacho
paucis respondere lubet. Admiror ego rursus ipsos qui
credant nihil me audere debere in confabulationibus
nouis componendis, ob Erasmi autoritatem. Nonne
in literario munere multos in eandem arenam descen-
disse legimus? neq; absterritos ob id, quod alij, albis
(ut aiunt) equis præcesserint? Nam, ut inquit Cicero
in oratore ad Brutum, quod in poetis Græcis non soli
Homero est locus, aut Archilocho, aut Sophocli, aut
Pindaro, sed horum uel secundis, uel etiam infra se-
cundos. Neq; uero in philosophia Aristoselē a scribēdo
deterruit amplitudo Platonis: Nec ipse Aristoteles
admirabili scientia et copia cæterorum studia restrin-
xit. Demosthenes quamuis græcorum oratorū excel-
lentior esset, multi tamen alij, eo tempore uiguerunt,
neq; postea defecerunt. Quare et ego semipaganus, ac
in literis camelus saltans, ausus sum, post Erasmus,
colloquia Tyronum literariorū conscribere: quæ si nō

A Z optima

optima reddidi, cōtentus saltem ipsa uel optimis proxima censerem, Solum enim hæc in meorum discipulorū usum composui, & illorum, quorum ingenia humi respiciunt, ad latinum sermonem, nondum, neq; a limine salutarunt, neq; primoribus labijs attigerunt.

ET GENERE ET MORIBVS ADO-
lescenti ingenuo Gysberto Sterckenberg. Hermannus Schottennius Hessus. S. P. D.

PLatonem quondam discipuli rogitarunt, ut ea quæ ipsis lectionibus uarijs tradidisset, in unum redigeret uolumen: quorum præcibus philosophiæ præceptor ille diuinus facile consensit conscribens libros cōplures in philosophiæ cōsecutionē. Huius ego excitatus exemplo, ut fidus æstimarer ingeniorū saginator, latinas locutiones, quas hæctenus satis abunde tibi tuisq; commilitonibus literarijs dictau, in unū hunc confabulationum libellum congessi, quo tuam minueram latine loquendi copia irrigarem, ut quandoq; elimatior reddita, patris tui, uiri prudētissimi mihi amicissimi, expectationi, de te tuisq; alijs duobus fratribus Ioanne & Matthia, respōdeat. A cuius uestigijs te degenerare turpissimum certè esset, huius ut uotis auscultes (feruide .s. amplectēdo literas) æquissimū erit, tibiq; multo magis, quā ipsi cōducat. Et ut facilius emergas tu, cæteri q; tui fratres et sorores, neq; unq; egestate obruamini, ipse pater uester uirtutū uerū domiciliū, huius inclyte urbis Agrippine, de albo senatorum
prudens

prudētia nulli secundus, omni conatu, omne mouendo
saxum, etiam & cœlibem ducendo uitā, id unicum agit
quo te tuosq; fratres & sorores, ditet, locupletet, uo-
bis ut cōgerat reliquæ uitæ cōmeatū. Suis igitur, Gys-
berte discipline dilectissime, expectationibus rogo re-
spondeas: tunc autem respondebis. si scientia, & uir-
tute te pulchre ornaueris. Vale Gysberte charissime,
ac cū tuis cōmilitonibus alijs, mihi discipulus, strēnue
studeas. Animus mihi est in literatos uos euehere ui-
ros, uobis animus sit uelle proficere. Faxit deus ut
utrūq; utriq; bene succedat. Iterū uale. Colonia ex e-
dibus meis. Idus. Kal. Martias. Anno. M. D. XXV.

DIFFICILE ESSE LATINVM
discere sermonē, & unde dicatur sermo latinus.

Albertus & Antonius.

Quid tu hic terrarum geris? A N. Hic literis
incumbo. A L. Quando uenisti huc? A N.
Ante paucos dies. A L. Quis tecum? A N.
Pater meus. A L. Redijt ipse deinde solus in patriam?
A N. Non, sed habuit comitem unū aut alterum. A L.
Qui isti fuerunt? A N. Nostri conciues fuerunt. A L.
Militas in schola sermonis latini uel germanici? A N.
Latinæ lingue. A L. Difficile est latinū addiscere ser-
monem. A N. Cōsentio. A L. Nisi quis semper loqua-
tur latine ægre addiscet. A N. Non dissentio. A L. Sed
scis ne, quare dicatur lingua latina? A N. Credo quod
ab Italia quæ quondam latinum est dicta. A L. Venit
tunc ab Italia lingua latina ad nos Germanos? A N.

A 3

Ita

Ita, ignoras illud? A L. Optime credo, quia sermo
Italorum est medius latinus. A N. Non aberras, A L.
Sed cur Italia olim dicta est Latium? AN. Quia poe-
tae scribunt, dum Saturnus á suo filio Ioue é cælo esset
expulsus, tū latuit in Italia, inde á latēdo dicitur Lati-
um. Et á Latio Latinus, a, um. A L. Vbi in Italia la-
tina lingua est orta? A N. Dicunt in urbe Romana,
que Italiæ caput est.

DE SALVTATIONE MATVTINA.

Vilhelmus & Volfgangus.

Bonum mane, VOL. Semper sane. VIL. Sic ipse
non responderem. VOL. Cur non? VIL. Quia
barbarum est, et doctis displicet. VOL. Tamen
multos sacerdotes ita fari audiui, uerum dic tu, si nosti
elegātius. VIL. Et tibi quoq; dicerē. VOL. Et ita post
hac responsum salutanti dabo. VIL. Bonus uel bona
dies. VOL. Et tibi. VIL. Precor tibi hunc diem candi-
dum. VOL. Tibi quoq; & talem rursus precor. VIL.
Fœlix sit tibi huius diei exordiū. VOL. Et tibi quoq;
VIL. Opto tibi diē fœlicē. VOL. Eiusmodi et tibi op-
to uicissim. VIL. Candidus sit tibi hic dies. VOL. Ti-
bi etiam. VIL. Precor ut hoc die tibi prospere succe-
dant omnia. VOL. Rursus et tibi fiat istud. VIL. Opto
ut hodie nihil tibi accidat mali. VOL. Nō aliud et ego
opto tibi. VIL. Auspicatum tibi diem precor. VOL.
Non inauspicatum tibi per uices precor. VIL. Faxit
Deus ut hic dies tibi candidus illuxerit. VOL. Idem
faciat ut talis sit tibi. VIL. Fœlici omīe hic dies te affi-
ciat

ciat. VOL. Te pariter. VII. Fortunatus presens sit
tibi dies. VOL. Sit tibi non infortunatus.

DE SALVTATIONE POMERIDIANA.

Petrus & Cornelius.

Salue. COR. Salue & tu. PE. Sis saluus. COR.
Saluus sis tu quoq;. PE. Sis salutatus. CO. Tu
pariter. PE. Salutē tibi precor. CO. Eandem &
sibi opto. PE. Salute te impertior. CO. Ego quoq; te.
PE. Salus sit tibi. CO. Et tibi nō desit. PE. Salutē opto
ut habeas. CO. Eam precor habeas & tu. PE. Adsit te
bi salus. CO. Et tibi absit minime. PE. Iubeo te salue-
re. CO. Te quoq; ego. PE. Iubeo ut saluus sis. CO.
Talem iubeo & ego te esse. PE. Iubeo te salute frui.
CO. Et ea te potiri opto. PE. Salutifera sit tibi fortu-
na. CO. Et talis tibi adsit. PE. Saluā & incolumē uitā
habeas. CO. Talem habeas et tu. PE. Salute te afficio,
CO. Ego uicissim & te. PE. Adeo te salute. CO. Id
facio & ego. PE. Salute te adorior. CO. Non aliter
& ego te. PE. Saluum te esse toto cupio animo. CO.
Et ego infœlicem te non esse desydero. PE. Fœlicita-
tis particeps sis, anhelō. CO. Totus & tu sis fœlix.
PE. Secunda tibi sint omnia. CO. Tibi etiam secunda
adueniant singula & ex sententia.

DE SALVTATIONE VESPERTINA

Ioannes & Gysbertus.

Bonus uesper. GYS. Et tibi. IO. Bonum serū. GY
Sic ego non loquerer. IO. Quare? GY. Quia
serum significat tarde & non tempus uesperti-

A 4 nua.

num. IO. Tamē Capnion in Comœdia primā dicit, Vx
 or Bonū serum. G Y. Id ioco dicitur, & qui loquitur.
 est homo uillanus, imperitus. IO. Est ne dicendum,
 Bonum uesper? G Y. Non, sed bonus. IO. Tamen sic
 olim loquebantur, & adhuc quidam senes. G Y. Quid
 tum, nunc non licet, apud doctos. IO. Præcor tibi fœ
 lix tempus uerspertinū. G Y. Idem et tibi opto. IO. Fœ
 licem noctem tibi opto. G Y. Talem & tibi præcor.
 IO. Auspicata sit tibi nox. G Y. Non alia sit & tibi
 IO. Faustam habeas noctem. G Y. Tu quoq;. IO. For
 tunatū tibi sit tempus nocturnū. G Y. Et tibi non in
 fortunatum. IO. Candidam tibi opto noctem. G Y. Et
 ego non sinistram tibi præcor. IO. Prospera sit tibi
 nox imminens. G Y. Tibi etiam non infœlix. IO.
 Vespertinum tibi commodet tempus. G Y. Et tibi non
 incommodet.

DE VERBIS DVM^o ITVR CVBITVM.

Valterus & Adrianus.

Quota est hora? ADR. Octaua. VAL. Quo
 tam horam sonuit? AD. Octauam. VAL.
Quota est audita hora? AD. Octaua, &
 nona imminet. VA. Id non credo. AD. Verum est
 per Herculem. VA. Tunc eundi cubitum tempus est.
 AD. Ego nondum dormiturio. VA. Me autem som
 nus oppido urget. AD. Ipse adhuc horam aut alteram
 uigilarem. VA. Vigila tu quoad placuerit, ego cubi
 tum ibo. AD. Abi tu Endimion. VA. Ita me appellas
 sed id nominis rectius tibi conuenit. AD. Res ipsa nunc
 loquitur,

loquitur, quis maior sit Endimion et Epimenides. V A.
Tu alias semper prius me te cubitū cōfers. A D. Istud
posthac non fict. V A. O insigne mendaciū. A D. Voco
te in pignus quodcunq;. V A. Nihil habeo quod tecum
deponam. A D. Nunc, si unq̄ prior te lectū petiero, so-
lidum pendim. V A. Qualem solidum? an talem, qualere
præceptor noster præbet ferula? A D. Nō, sed pecuniæ
solidū. V A. Age, placet, memor ero. Ad istud facias.

DE CVBITV RESVRGENDO.

Volfgangus & Georgius.

HEUS tu expergiscere. G E. Hui, sine ut dormiā
VOL. Non sinam te dormire longius. GEOR.
Quare? VOL. Quia surgendi tempus est.
GE. Nondum tamen diluxit. VOL. Lux non est am-
plius expectanda. GE. Tamē ante dies octo hora sexta
in luce sonuit. VOL. Credo, sed interim dies diminutus
est. GE. Quomō tam cito? VOL. Nūc pauca loquere,
et surge. GE. Surge tu prior. VOL. Faciā, sed postea
te non expectabo. GE. Fac ut lubet, & mihi ad scholā
nota est uia. VOL. Verum ego lucernam mecum ferā,
tum tibi in tenebris est eundum. GE. Id parum refert,
Lyncei mihi sunt oculi. VOL. Nunc surge. ut una eam
mus. GE. Ah si liceret mihi adhuc momentū stertere.
VOL. Tandem tamen oporteret te calidum deserere
nidum. GE. Post semihoram ac lubens surgerem. VOL.
Surge nunc & uesperis cito citius lectum repetas. GE.
Aestimās id consultum probe? VOL. Ita mea fert
opinio. GE. Parebo igitur tibi ac surgam.

A 5

De

DE IENTACVLO SVMENDO.

Hermannus & Laurentius.

Quid sibi uult celer tuus gressus? Lau. Quid loqueris? Her. Quero quo tendas tam cito gradu. Lau. Domū uersus. Her. Quid isthuc est, quod te properare cogit? Lau. Ientaculū nunc ibi sumitur, quod negligam si non mox affuero. Her. Non expectant te serui ientando? Lau. Expectant quidem, sed patina exinanita. Her. Non tum coquinae ministrā aliud tibi parat ientaculum? Lau. Minime, citius fustem mihi offert, tam sero uenienti. Her. Cogaris tunc esurire ad prandium usq;? Lau. Non prorsus. Her. Quid tum tentaris? Lau. Panem cui pro obsonio addo caseum. Her. Non iuuat te id ientaculi? Lau. Non quantum panis iurulentus. Her. O delicatum. & miseriae expertem. Lau. Nescis fruendum esse fortunam dum praesto est? Her. Belle scio, sed delicata iuuentus, omni aetati nocet. Lau. iuuentus mea etiam non adeo laute alitur. Her. Nunc sat est uerborum, tu abi ne te morer. Lau. Abeo, tu uale. Her. Sis mei memor dum ex uoto tibi succedit. Lau. Non intermittam.

DE PRANDIO.

Theodoricus & Baptista.

Quid ita mæsto es uultu? Bap. Miraris hoc? The. Quid ni mirarer? laboras ne morbo? Bap. Ita, morbo stomachi, quia fortiter esurio. The. Nondum es ientatus? Bap. Essem ientatus, cū sit ieiunium? The. Seruas ne tu ieiunium? Bap. Non obseruarem.

seruari, magis certe quam lubeat. The. Sis bono animo, mox aderit prandij hora. Bap. O utinam adesset, quam ego uellem. The. Expecta, iam audies horam unam decimam. Bap. O si illam audirem, hunc roderem panem. The. Prandebis ne ad nudum panem? Bap. Non, sed ipsum ederem, quoad melius consequerer. The. Quid obsonij domi uestrae paratum est in prandium? Bap. Aestimo olus, oua, & haec unum aut alterum. The. Exaturas te etiam isto cibo? Bap. Vtiq; olere uoragine uentris impleo. The. Quot oua peredis? Bap. Nunquam plura nisi duo. The. Addis ouis etiam haec unum? Bap. Addo, et quidem integrum si tostum est. The. Quid te delectat haec erutum salsugine? Bap. Ab isto nausco. The. Qui tum iuuat te haec elixum? Bap. Vtuncq; praefero tamen tostum.

DE VICTU POMPERIDIANO.

Ludouicus & Ioannes.

CUr ita alte suspiria ducis? IO. Pudet me dicere causam. LV. Credo quod domum cogitas. IO. Pene rem acu tetigisti. LV. Urgeris ne siti? IO. Ita, sed et fame. Lu. Nondum forte prandisti? IO. prandi utiq; sed modice. Lu. Fuit uobis prandium adeo exiguum? IO. Fuit, quia foris prandebant parentes. LV. Non sat habuistis panis et casei? IO. Habuimus quidem, sed isto non capior cibo. Lud. Sumes iam domi cibum merendinarium? IO. Sumam, Deo fauente. Lu. Erit lautior quam meridiei fuit obsonium? IO. Ita spero, si mater domi fuerit. Lud. Quid ipsius tu
eges

eges presentia? IO. E promptuario cibi, aliqd carnis
mibi largietur. LV. Vt audio, caro domi uestrae occlu-
ditur. IO. Occluditur, sed non prandij uel coenae tem-
pore dum parentes adsunt. LV. Sed dum adsunt, for-
te occlusa seruatur. IO. Nonnunq̄. LV. O miseram
uestram familiam, cui carnes denegantur interdum.
IO. Non est misera, sat habet alimenti. LV. Sed ad-
merendam & ientaculum nihil habet carnis. IO. Istud
facile est toleratu, nescis tenuem tunc temporis oportere
esse cibum, alias in coena uel prandio nihil habere-
remus esuriei, neq; ad edendum essemus alacres.

DE COBNA.

Petrus & Valterus.

Salue, ut tecum agitur? VA. Et tu salue, agitur
mecum prospere, gratia superis. PE. Id lubens au-
dio. VA. Gratias habeas. PE. Vbi toto latuisti
die? VA. Nusq̄, nisi in ludo literario. PE. Eset mihi
quod tibi loquerer, si uacaret. VA. Certe modo uacat
minime. PE. Qui sic? VA. Nox imminet, domum mihi
eundum est ilico. PE. Domi quid ages? VA. Coenabo
cum parentibus. PE. Non licet tibi paucillulum morari?
VA. Non, si saltem plagas uitare uolo. PE. Fortassis
tuum est mensam sternere. VA. Est, simul & ad cya-
thos stare. PE. Non facit famula ista munera? VA.
Non, sed in culina agenda exequitur. PE. Coenant
parentes tui semper domi? VA. Ita, Verum prandent
quandoq; foris. PE. Nunquam uocantur & inter-
dum alio ad coenam? VA. Persaepe, sed uenire re-
nuunt

nuunt. P E. Quamobrem recusant? V A. Timent noctem
tu plateas emetiri. P E. Vane timent. V A. Nequaquam
nescis noctem nihil boni, sed saepe pugnos afferre.

DE POSTCOENIO.

Cornelius & Adrianus.

O Utinam nox praesto esset. A D. Cur id uelles?
COR. Quia dedicati aliquid edulij edam. A D.
Vbi, domi uestrae? C O. Non, sed alibi. A D.
Vbi nam, dic amabo mi Corneli? C O. Dicam, sed tibi
nil conferet. A D. Quid tum, gestio tamē audire. C O.
Arrige igitur aures. A D. Faciam sedulo. C O. Paren-
tes mei sunt uocati ad dubiam coenam, quā postcoeniū
appellitant. A D. Quid ibi tu frugis speras? C O.
Permultum sane. A D. De isto me certiozem reddas.
C O. Luccernam feram istuc, ut domum uersus reducā
parentes. A D. Tum ibi forte ante limen tibi operien-
dum erit? C O. Non, sed intromittor, quia aediū custo-
dem nosco. A D. Intromissus quo concedis? C O R.
Mensam accedo, cui parentes accumbunt, ibi bolum
opiparum consequor. A D. E parentum manu? C O.
Ita, & quidem largiter saccarum, mellitissimumq; po-
tum. A D. O si tum tibi adesset, sed oro & mihi saccari
buccellam serua. C O. Polliceor tibi, si ipse non totū
absumpsero. A D. Fac te amicum experiar.

DE POTV POSTREMO

A COENA.

Quirinus & Nicolaus.

Vt

VT sic sedes nutanti capite? NI: Dormiturius.
 Qui: Certe non dormiturus, sed iam dormis.
 NI: Fortassis. Qui: Quin surge, et cubitum
 perge. NI: Congredere mihi. Qui: Cur me comitem
 petis, times ne lemures? NI: Non, sed lectus friget.
 Qui: Ventris anhelitu ipsum tepefac. NI: Nequeo,
 quia rapas coenatus non sum. Qui: I præ, postquam
 denuo bibero, sequar. NI: Mihi quoq; palatum adhuc
 aret. Qui: Mane, eo eductum haustum postremum à
 coena. NI: Manebo, sed uelox redi. Qui: Promam ne
 plusculum tui gratia? NI: Sic facito. Qui: En, hic
 afferro. NI: Gratum mihi est. Qui: Sed præbibere est
 meum. NI: Non displicet mihi. Qui: Medium tibi pro-
 pino. NI: Profit, sed non exhaurias totum. Qui: Ne
 dubita, sat tibi reliquum sinam. NI: Nunc bibe actu-
 tum. Qui: Vides plus tibi relictum quam à me pota-
 tum. NI: Video. rursum tecum patiar. Qui: Non ad-
 modum moror, si lubet exicca. NI: Nimum est quare
 quod ebibere possem.

DE INVITATIONE AD
IENTACVLVM.

Crato & Michael

OTe miserum hominem. Mich: Quid me misere-
 rum uocas? Cra: Quia domus tua hinc longe
 distat, non potes ientari. Mich: Assuetus sum ad
 prandium

prandium usq; famem suspendere. Cra. Id certe meo non arrideret stomacho, Mich. Tu etiam in ipso nido ederes. Cra. Si esuris, ueni mecum ientatum. Mich. istud tibi cordi non est. Cra. Serio loquor, comitare me. MI. Sed quid mater tua dicet? Cra. Ipsa aberit ab aedibus. MI. Nunc lubet tibi congregari. Cra. Sed id tibi praedico, praeter panem iurulentum habebimus nihil edulij. MI. Credo, quia fortassis caro nondum erit percocta. Cra. Recte conijcis. MI. Instruit famula tam sero focum? Cra: Ita, quia non nisi undecima hora accumbimus mensae. MI: Cur tam sero? Cra: quia non citius pater a negotiorum executione domum redit. MI: Non prandetis nisi ipse praesto fuerit? Cra: Essemus adeo inciuiles, quod ipsum non operiremur. MI: istud non suspicabar. Cra: Nunc ingrediemur, ne coquinae ministra ientaculo nos maneat. MI: I praee, sequar.

INVITANDI ALIUM AD PRANDIUM.

Petrus et Georgius.

Tempore pomeridiano gymnasio nostro non interero. GEOR: Quid te remorabitur? PE: Vocandi mihi erunt conuiuae in crastinum prandium. GE: Qui sit, quod conuiuas inuitatis? PE: Bouem mactauimus, ad in testina hospites tractabimus. GE: Etiam et me? PE: Si non est tibi lautior mensa, uenias. GE: Umbra

Vmbra sum, nolo. P E. Emaneres ideo? G E. Ita, nam
umbris non est parata sedes. P E. Ignoras conuiuans
subitum et improuisū, nonnunq̄ uocato esse acceptio-
nem. G E. Apud paucos certe. P E. Parentes mei omnes
ex æquo tractant & excipiunt conuiuas. G E. Nosti
tu parentum cogitatus? P E. Ego opera eorum, &
mentis perpendo recessus. G E. Sæpe aliud foris &
aliud corde habent homines. P E. Talia de meis desine
parentibus suspicari. G E. Esto, faciam. P E. Actutum
cras decima postquam sonuerit, uenias. Domi nostræ
nil plus dicas, quam parentes saluta. G E. Essem adeo
inciuilis? P E. Te á me inuitatum loquitor. G E. Faci-
am, tum audacior ero, ingrediendo domum, & ad
mensam edendo ac bibendo.

VOCANDI ALIUM AD CIBVM

Pomeridianum. Antonius & Albertus.

Quid in sinu > ris adeo turgidum? AL. Cibū
merendina. AN. Certe prouidus es,
quod esuriem futuram præmeditaris. AL.
Non & tu quippiam alimenti tecū tulisti? AN. Me
hercle, ne bolū quidem. AL. Forte memoriæ tuæ non
obrepit. AN. Non soleo á prandio cibū ferre mecum
in ludum literarium. AL. Si esuris, tecum hunc panē
partiar. AN. Vix tibi soli sufficit. AL. Aestimas me
uulturem esse? AN. Non, sed ipse ieiunus, istum panē
uno deuorarem rictu. AL. En accipe dimidiatum ip-
sum. AN. Hui, tantum non expe to. AL. Casei, quā-
tum lubet ede. AN. Comede & u. AL. Non admo-
dum esurio. AN. Tamen edendo sis mihi comes

AL. Faciã, ne cibus tibi uenenatus uideatur. AN. Istud non soleo uereri. AL. Ut tuum delectat palatum caseus iste? AN. Optime, nã piguedine affatum est conditus. AL. Parit ne tibi sitim? AN. Paululum exiccat mihi palatum. AL. Ex hac lignea lagena tibi propino. AN. Sit fœlix tibi bibenti, AL. Cereuisia est nostra domestica. AN. Eam malo, quam quæ uulgo uenit.

VOCANDI ALIUM AD COENAM.

Ioannes filius ciuis. Henricus alio oriundus.

Condixisti ne alicui hodie cœnã? Hen. Nemini. Io. Neq; aliq; tibi obtulit? Hen. Nemo, hercle nomo. IO. Cœnabis tum domi tuæ? Hen. Domi meæ non cœnabo, sed iciunabo. IO. Qui fit hoc? Hen. Quia nihil mihi est quod edam. Io. Parentes mei rogant ut nobiscum cœnam sumas. Hen. Vellem te uera loqui. IO. Fidem mihi habeas. Hen. Esto, do fidem. IO. Eas igitur celerrime. Hen. Ut præcesseris, ita exsequar. IO. Veni ocyus, mensa est instructa obsonijs. Hen. Venio ac uelox. IO. Rogo ad mensam ne quid mali de me loquaris parentibus. Hen. Securus esto, delator non sum. IO. Si quærent parentes an in literis progrediar, quid dices? Hen. Afferã te omnibus alijs in literis feruentiorem. Io. Si secus dixeris, postremũ me amicũ habuisti. Hen. Ad mensam soleo nō garrere, sed stomachum curare. Io. Fac edas fortiter, ne uerere ob parentum præsentiam. Hen. In mensa frontem perfrico. Io. Sat uini tibi in calicẽ largiar, tu uide ut ebas. Hen. Vinũ nō moror, si cereuisia in promptu est.

B

IO.

Io. Nescis unquam modice sumptum acueri ingenium?
Her. Ingenium meum plus enecat uini potus, quam
excitat. IO. Bibendo forte modum excedis, sed in-
gredere me coenando moremur parentes. Her. Prae-
cede, ut dignum est.

DE MODO STUDENDI.

Thylmannus & Martinus.

Vei lates, quod nusquam proripis? Ma. Semper
domi ad libros. Thy. Assides continue libris.
Ma. Assideo utique; Thy. Vide ne quod immodico
te affugas studio. Ma. Id minime timeo. Thy. Multi
qui in studio modum excedunt, tandem desipiunt. Ma.
Id precauebo, ne quid desipiam. Thy. Vigilandum est
tibi provide. Ma. Non tantum me macero literis. Thy.
Amentia illa etiam ^{non} ~~est~~ ^{adoque} oritur ex tenui uictu. Ma.
Non est mihi uictus parcus. Thy. Assiduitatem tuam
in literis laudo. Ma. Nunc naso me suspendis. Thy.
Moriar, si non ex animo loquor. Ma. Concedo, is op-
timus in studio est modus, ut quis laboret, quo indies
alios assequatur scientia. Ma. Id ego conor sedulo. Th.
Pudendum est, dum scientia ab alio uincimur. Ma. Nusquam
Pol est maior habendus pudor. Thy. Multos tamen nihil
pudet esse indoctos. Ma. Horum est salus desperanda.
Thy. Sed quis tibi studendi est modus? Ma. Indies aliquid
addisco. Thy. Id si per annum feceris non parum coacer-
nabis scientiae. Ma. Istud excitus ostendet anni. Thy.
Vide, ne ante anni egressum tepescas. Ma. Istud

Dij

Dij auertant, quod deferueam discendo. Thy. Acci-
dit plerunq; initio calescentibus, ut indices frigidus
laborent.

DE EPISTOLA CONFICIENDA.

Leo & Nicolaus.

VT sic sedes labia mordens? Ni. Epistolā uul-
garem uerto latine. Le. Opus est tibi conatus
tanto in Epistola conficienda? Ni. Est, et qui-
dem perdifficile. Le. Ego dicto citius epistolā in lati-
num commuto. Ni. Credo, sed admodū impolite. Le.
Non curo an polita uel inepta sit. Ni. Cur id parui p̄-
dis? Le. Quia praeceptor adhibet limam. Ni. Tamen
puderet me, alios audire tam melegantem meā episto-
lam. Le. In isto perfricui frontem. Ni. Hui, quid lo-
queris? non pudet te inscitiae? I. Nō pudet me isti-
us, quod etiā doctis usu uenit. Ni. Quid istud est? Le.
Quod eorū emendantur scripta. Ni. Vtcunq; sit, de-
decus est lapsum esse. Le. Cudis tu epistolā ubiq; pq-
litam? Ni. Id certe si non facio, laboro tamen pro ui-
ribus. Le. Est id satis, pro uiribus laborasse dum nihil
exit egregij? Ni. Ita, quia in magnis (ut aiunt) uo-
luisse sat est. Le. Posthac in epistola diligentior etiam
ero. Ni. Id faxit Deus. Le. Si lubet, certemus, quis
in epistola scribenda excellat uel facundior sit. Ni.
Assumo prouinciam. Le. Et glaciem secabo. Ni.
Quid hoc prouerbij est? Le. Adagium est, significans
primum rem aliquam experiar. Ni. Et ego te sequar,
Literisq; meis tibi obstrepam.

DE REPETENDA LECTIONE.

Goswinus & Mattheus.

Quid á coena tibi domi est negotij? Ma: Ap-
petis id scire? Go: Appeto oppido, ideo sci-
scitor. Ma: Arrige aures, non te celabo. Go:
Arrigo sedulo, effare. Ma: Cibo recondito expatior,
uel colloquor parentibus, pauculis. Go: Quid istis col-
loqueris? Ma: Varia sunt uerba & præcipue si quæ
iocunda per diem didici. Go: Ut audio, tu parentes do-
ces uesperis, qd' ipse per diem didicisti? Mat: Nō doceo
eos, sed dicto aliquo lepido eos delector. Go: Transfigis
totam uesperam istis colloquijs? Mat: Non, sed semi
fortassis horam. Go: Quid operis deinde tibi sumis?
Mat: Per diem in ludo literio audita, rumino. Go:
Quo id facis mox? Mat: Num solus sis? Mat: Perlego sub-
inde, ubi ignoro sciscitor altero mane á peritiore. Go:
Velles me repetendo te Thæscū habere? Mat: Mallem,
si cōsequi possem. Go: Quid si me comitem susciperes?
Mat: Arrideret mihi. Go: Si hospicio parentes tui me
uellent immunem habere. Mat: Nihil libentius face-
rent, mei gratia. Go: O quam seruide lectiones repe-
tere uelimus. Mat: Certe manibus et pedibus discere
uelimus. Go: Certaremus ante cubitum, quis eo die di-
dicisset uberius? Mat: hic ego semper tibi cederem.
Go: Quisq; laborare deberet ut uinceret. Mat: Vtiq;
nam uinci turpissimum est, in literis præcipue.

DE CORICEI METV AVSCULTAN-
tis in eos qui non Romano utuntur sermone.

Erasmus

Erasmus & Vdalricus.

HEm, qui sic loq̄ris? VD: Vt loquor? ER: Est ne sic sermo habendus? VD: Cur non? ita mater me instituit. ER: Nosti ne, nobis interdicta esse uerba quæ à matre dicimus? VD: Quibus tum utemur? ER: Latinis uel Romanis. VD: Quis id sancit? ER: Præceptor constituit Coriceos in eos qui non latine sonāt. VD: Quid facient illi, qui latini sunt expertes? ER: Hi aut silebunt, aut ut p̄nt, latina proferent. VD: Sed quid iuuat, male latine fari? ER: Qui loquendo delirant, ab eruditore debet instrui. VD: Id æquū est. ER: Timeo mihi male à clanculario illo Coriceo. VD: Ego autem manum non uerterem. ER: Ipse oppido timeo, quia ferulae podicē subdere oportet. VD: Cutis mea ad ferulam occalluit. ER: Aliud certe diceres si ad ferulā tibi res rediret. VD: Quid tū, quādo corrigor dentes comprimo, quod ictus non sentio. ER: Ego conabor ut calige meæ ligulis sint constrictæ diploidi. VD: Non solet præceptor ligulas cultro soluere? ER: Nondum uisum est mihi. VD: Sed mihi sæpiuscule cōtingit. ER: Fortassis iste præceptor tuus fuit plagosus? VD: Immo, scuior Orbilio.

DE SOMNO PLUS AEQVO EXTENSO

Vinandus & Sebastianus.

HVi nos miseros, quid faciemus nunc? SE: Quid sic eiulas? VI: Quid ni eiularem? surgendi hora præterijt. SE: Quam horam putas? VI: Sextam, qua schola inuisenda est. SE: Sis bono animo, ea

B 3

nondum

nondū sonuit. VI. Sonuit certe diu. SE. Id mihi nō per-
 suadebis. VI. Si scholam accesserimus, tum ferulam
 nanciscemur. Se. Semel nobis indulgebit præceptor.
 VI. Indulsi mihi heri, dicens, se ultra non condonatu-
 rum. Se. Nōdū mihi cōdonauit plagā, ideo iā liber ero.
 VI. Pete igitur tu scholam. SE. Non es egressurus?
 VI. Non, sed tu emanendi mihi copiam flagita. SE.
 Quid causæ asseram? VI. Dic me matri negotiū fa-
 cessere. Se. Timeo, ne postea mater ambos apud præ-
 ceptorē mendaciū accuset. VI. Id ne metuas, in me su-
 mam, si quid irata fuerit. Se. Bene, tu lues, ego mini-
 me. VI. Periculum faciam. Se. Iacias aleam, mea ni-
 hil refert. VI. Tu ^{ibi}, nam appetit septima hora. Se.
 Abeo, tu in medium dormias diem. VI. Non Hercle,
 pauxillum adhuc quiescā, mox inde erumpā. Se. Ego
 hinc discedo tu pigritiā edormias, sed uide ne cū peri-
 culo. VI. Ferule ictum nō timeo, uulnera nō infligit.

¶ De morbo socordie quē scholasticis ascribūt.

Valterus & Petrus.

Salue tu Epimenides, cur tam diu Gymnasio non
 interfuisti? Pe. Morbus obstitit. Va. Mobus?
 cuius farine fuit? Pe. Dolor nempe capitis &
 uentris. Va. Conijcio facile quid ægritudinis fuerit.
 Pe. Qui hoc agnoscis, an ne ex facie mea? Va. Non,
 quia medicam artem non calleo. Petr. Vnde alias
 percipis? Va. Diuino. Petr. Potes diuinare?
 amabo dic, quam putas fuisse mihi infirmitatem? Va.
 Eam quam ascribunt scholasticis, scilicet desidiam. Pe.
 Minime

Minime, toto caelo aberras. V A. Ne inficias iueris
 per Herculem is fuit morbus. Pe. Peream si ille fuerit.
 Va. Esto, sed isto morbo plerunq; succumbunt schola-
 stici, dum a ludo absunt. Pe. Assentio, sed istius cohor-
 tis ego non sum. Va. Ah, quasi te intus & in cute non
 noscerem. Pe. Si talem me aestimas, nondum a uertice ad
 pedes me nouisti. Va. Dum me hic occupat morbus, di-
 co matri, me ex intestinorum dolore laborare. Pe. Ad-
 hibet tum fidem tuis dictis? Va. Ilico & in mollem col-
 locat lectum, ouorumq; sorbiciuncula lauta me refici-
 ens. Pe. Si talem haberem matrem saepe me egrum si-
 mularem, ut sorbiciuncula potirer, et lautis bolis. Va.
 Ego nonnunquam totus sonus assero me infirmum, dum
 pipari aliquid meum palatum suspirat. PE. Mater
 mea citius sustem, quam talia mihi praeberet. Va. Per
 Pollucem miror, cur scholastici plus alijs socordia sint
 obnoxij. Pe. In promptu caussa est, quia a labore feri-
 antur, cumq; fugiunt, & execrantur omnes.

DE METU FERVLAE.

Cornelius & Christianus.

Quo tu abis? Chri. Gymnasium literarium uer-
 sus. Cor. Istuc tibi non cogrediar. Chri. Quid
 te remoratur uel detinet? Co. Quia (ut no-
 sti) lectionibus diu non interfui. Chr. Emanebis ideo?
 Cor. Ita, quia male mihi metuo a ferula. Chri. Non
 est tibi quid commenti, quo te excuses? Co. Veri nihil
 habeo quod afferam. Chr. Vera ubi desunt, falsis utere,
 quo plagas effugias. Co. Rogabo fortassis matrem, ut

B 4 precepta

præceptorē mihi recōciliēt. Ch: Id age et ilico redeas.
Co. Vereor tamen matrem petere, quia latet eam illa
mea a schola absentia. Ch: Fugit id matrem tuam? ubi
locorum tum egesti? Co: Cum nonnullis commilitoni-
bus fui captatū aues. Ch: Proh, quid audio? Es tu auū
captator? Co: Non sum, sed captationis spectator. Ch:
Iuxta carpendus, ut captores. Co: Nunc quid faciam
consulis, quo ferulā euadam? Ch: Certe consilio uaco.
Co: Scio quid faciā. Ch: Quid? Fac audiam. Co: Præ-
ceptoris ferulam subibo, ne parentum fustes recipiam.
Ch: Id si feceris, prudenter ages. Co: præstat molles
ferulæ plagas sustinere, quam fustium graues morsus.
Ch: Istud te sapere arguit, et pituitæ (ut uulgo uertur)
non esse obnoxiiū. Co: Corneæ fibræ homo esset, qui
non acrem ferulam quam uirides fustes ferre mallet,
si quid conmeruisset.

DE EXCVSATIONE ABSENTIAE A LV-
do literario. Laurentius & Crato.

Qui fiat nescio, hodie totus à schola abhorreo
CR: Ego quoq;. Lau: O si liceret iam à libris
& lectione nos feriari. Cr: Id perquam uel-
lem. Lau: Periculū faciemus apud præceptorē de im-
petranda uacatione. Cr: Aegre impetrabitur ociandi
facultas, nā multi fuerūt dies celebres. Lau: Dicemus
posthac nos fore feruētiores in literario labore. Cr:
Istud uerbum apud eum nihil habebit loci. Lau: Vnde
hoc nosti? Cr: Quia illo uerbo saepe usi sumus, neq; un-
quā facto æquauimus. Lau: Pollicebimur nūc, cū peri-
culo

culo cutis. Cr: Arridet mihi, si alijs. Lau: Si ludendi co-
piā nobis nō cōcedat praeceptor, ipse mihi ferias faciā
Cr: Vide, si feceris, ne male cadat. Lau: Quomodo ma-
le caderet? Cra: Quia cras ferulam senties. Lau: Abi cō-
siliij sum plenus. Cra: Fac & nos participes si quid bo-
ni cōsiliij nosti. Lau: Praeceptorē adeo uel ipse, uel per-
nunciū, et domi me detineri dico negotio aliquo. Cra:
Faciemus et id nos quoq; nūc, tum una expatiabimur.
Lau: Sanciemus inter nos fœdus, ut in scholis unus alte-
rius asserat uerbū. Cra: Placet, sed pena dicatur, in eū
q̄ tesserā fregerit. Lau: Pœna sit, qd' è nostro elimine-
tur consortio. Cr: Ratū sit, et sancitū, quod loqueris.

QVARE SCHOLA DICATUR LVDVS.

Eberhardus & Theodoricus.

Qvorundam uerbis aliquando percepi, scholā
dici ludum, audiuisti ne et tu? The: Audiui
sepiuscule. Eb: Quid tum censes? aestimas
uerum esse? The: Neutiquā certe. Eb: Neq; ego, cum
in ea nō ludatur, sed pcutiatur. The: Tuæ accedo sen-
tentiae. Eb: Fortassis praeceptor est ludus, qui ad nutū
nos miseros ferit? The: Istud ludere Eumenides ferant.
Eb: Hercule scholā potius pistrinum quā ludum dicerē
The: Verius istud nominis ipsi conueniret Gymnasio.
Eb: Sed age, dic causam, cur credis scholam dictam esse
ludum. The: Eloquar quātum ab alijs didici. Eb: Ero
auditor scdulus. The: Vt lusor suo Thaseo sepe face-
tias præbet, ita et praeceptor animo amico tanq̄ ludens
do docebit discipulos. Eb: Hoc certe perpauci scholæ

B 5

præfecti

præfetti faciunt. The. Nosco, cute expertus. Eber.
O quã lubens scholas inuiserem, si blandiens esset præceptor. The. Oportet blandiri diligenti, non desidi & Endimioni, ut tibi. Eb: Miror an plus prodesset discipulis benignitas, uel seueritas præceptoris. The. Istud non miror uel hæreo, nescis libētius nos sequi blādiētem quam minantem? Eb: Habuisti ne unq̄ ludimagistrum, qui ludentis speciē instruendo exhibuit? The. Habui, & primo quidem studij mei tempore. Eb. Studebas sub istius ferula apprime diligēter? The. Conatum quem potui discendo adhibui, ut solēt elemētare pueri, si laudati fuerint et nō ad acres tractati uirgas. Eb. Mirum est, si studio incaluisti, licentiã tñ & blandicijs solemus fieri deteriores, ut Terentius inquit. The. Nihil sceleris nobis permisit præceptor, sed in discendo nostros conatus laude extulit.

DE DIE QVA OCIA TVR A LECTIONE.

Ioannes & Vdalricus.

O Simus hilares sodales charissimi. V D. Ut sic gestis? I O. Non gestirē hodie, cum á prandio sit nobis ociandum á lectionibus? V D. Istud et ipsi scimus. I O. Hanc diem fœliciorē omnibus alijs iudico. V D. Et nos non parū delectat. I O. Belle post meridiem sol lucebit. V D. Ita aurora prædixit. I O. Prædij igitur peracta fabula, si omnibus est cordi, una rustica bimur. V D. Cui id displiceret? I O. Vel, si uobis uisum fuerit in pomerio ludemus. Vdal. Parum intererit, quo nos recreemus loco, saltem in schola non desideamus.

Sideamus. Io. At adhuc incerti sumus, an à lectione uacabimus. Vd. Isto nihil est certius. Io. Si facultas diuagandi nobis dabitur quid agemus scio. Vd. Exprime. Io. Arcum in rus mecum feram, in colūbas tela emissurus. Vd. Si uelint sagittam tuā morari. Io. Nōnunquā uolando ipsas enecauī. Vd. Hoc contigit perquā raro. Io. Quicquid auīū consecutus fuero, cōmune erit. Vd. Age, tum conuiuabimur. Io. Vbi? An in platea ouium, ubi solemus potitare à ludo? Vd. Ibidem torrebimus oues à te enectas. Io. Sed à symbolo per aues ego immunis ero. Vd. Quicquid biberimus nos pendemus, tu non terunciū dabis. Io. Sin nihil præde & spoliū sagittæ à me emisse attulerint, de impendio compositiuncule quid fiet? Vd. Compositiuncula nulla inter nos agetur. Io. Dedeceret à deambulando siccis palatis nos ingredi. Vd. Id laudabilius, quam quod mandentes potu, aut nutanti gressu domum parentum repeteremus.

DE AESTATE.

Hermannus & Gysbertus.

Placet ne tibi mihi cōgredi rusticatū? Gys. Rusticari nondum cupio. Her. Ego autem anhele maxime, quia æstatis amœnitas aduenit. Gys. Est tibi æstas? mihi hybernaculum adhuc immoratur. Her. Hui, non pudet te hybernaculo nūc insidere tēporis. Gy. Minime, cum acre sit frigus. Her. Rus hinc abeo, uisum, quomodo cāpi floreant. Gy. Abi, me comitem non habebis. Her. Aliquo tamen dierū, quo tibi integrum

integrum erit, rursus una inuisemus. Gy: Si uacauerit, non
renuam. Her: Eundem mihi est in campum, latum frondes
redolentes. Gy: Tales uix ortas reperiens. Her: Inue
niam complures, nam diu floruerunt. Gy: Deferes ne eas
deinde unum, clamando per plateas, hic frondes redo
lentes? Her: Estimam talia me agere? Gy: Quo alias
feres ipsas? Her: Domum uersus, ut ibi nobis redoleant.
Gy: Hoc negotij, quis tibi dedit? Her: Mater. Gy: Tu
uade, ocyus exequere. Her: Satis temporis ad uesperam
restat. Gy: Audis tu. hac aestate quid ages, dum nimius
fuerit aestus? Her: Domi me in umbra continebo. Gy:
In amenum est domi latitare aere calido et blandienti. Her:
Non inficias eo. Gy: Cur tu sub tecto domi tempus teris?
Her: Oportet per parentes. Gy: Plus aequo curiosi et
molesti sunt parentes, qui te eo tempore domi coercent,
ut nusquam proripias. Her: Mei comodi sunt solliciti. Gy:
Istud domi desiderare, quod conferre tibi potest? Her: Non
parum prodest. Gy: Explica. Her: Domi cochleae agendo
uitam, calceos non detero, neque a sole exuro, ut fuscus
fiam. Gy: Per herculem istud multum commodat.

DE AUTUMNO.

Iaspar et Iacobus.

Adest rursus tempus istud pestiferum, et hyemem
reducens. Ia: Quod tempus putas? Ias, Autumnale,
cuius hodie primus est dies, festum sancti
Bartholomei. Ia: Vocas tu istud tempus pestiferum.
Ias: Voco, quia nunquam magis quam hoc tempore, morbo
succumbunt homines. Ia: Si uerum fateri uis, nullo non
tempore

tempore totius anni laboratur doloribus corporis. Ias: Precipue tamen autumnii diebus. Ia: Nescio, laus superis, ego nunquam infirmitatem sensi in autumno. Ias: Praeter istuc incommodum, et frugem tamen aliquam secum affert. Ia: In quo est frugifer? Ias: Quia vinum profert. Ia: In hoc certe laudem meretur. Ias: Alia quoque comoda habet. Ia: Quae nam? dic. Ias: Abigit pulices suo frigore, qui nos nocte in aestate uermimarunt, Ia: Certe non omnibus illos depellit. Ias: Qui sentiunt pulices in autumno? Ia: Vtulae mulieres semper sub uestibus quaeritant eos. Ias: Apud illas perpetuum habent hospicium. Ia: Adde, et pediculi. Ias: Autumnus etiam nucum adducit messem. Ia: Iistas non admodum moror. Ias: Narra, quid cause fiet. Ia: Quia adimunt uocis sinceritatem. Ias: Eam restituit aqua pura et calida. Ia: Sed ab cibo abhorreo qui me aquam potare cogit. Ias: Supra communem hominum sortem sapis. Ia: Nunc me naso suspendis. Ias: Non quia homines saepe aliqua edunt, etiam unde pernitiam sunt accepturi, istud tu fugituum te dicis?

DE HIEME.

Vilhelmus et Georgius.

Ah quantum frigeo. Ge: Friges nunc temporis? Vil: Nonne et tu frigore praemeris? Ge: Non, sed totus caleo. Vil: Prestantius me uestitus es. Ge: Id sane parum est, sed crepidae me calere faciunt. Vil: Facile frigus pellit, cui crepidae sunt, et chyrotecae subductae pellibus. Ge: Oportet et corpus nud-

tit,

tis operiri indumentis . Vi. Quid faciam nescio, male
 ad hyemem instructus sum. Ge. Qui hoc fit? Vi. Indu-
 menti mihi nihil est, quàm conspicis. Ge. Vere, nō bene
 tibi cum hyeme conueniet. Vi. Si in patria agerem in
 cœlo essem, Ge. Quare? Vi. Dum ibidem essem, hyc-
 mē non sensi. Ge. Non tum scholā inuifisti? Vi. Aesta-
 te quidem, sed hyeme post fornacem latui. Ge. Quid
 egisti, torrebas ne poma in fornace? Vi. Vtiq; & pi-
 ra quandoq;. Ge. Mirum quod parentes tibi indulse-
 runt. Vi. Lubentissime, sed istā non habebo hic lauticiā.
 Ge. Vereor quod nō ad quantū mihi ferendum erit ui-
 ce deliciarū, quas in patria habui. Ge. Tibi ipsi es ua-
 tes. Vi. Dabit Deus his quoq; finem. Ge. Sed serius for-
 tassis quam uelles. Vi. Et hæc olim (ut inquit poeta)
 meminisse iuuabit. Ge. Me hercle dulcius nihil est, quā
 actorū recordari laborum quos superauimus. Vi. Mul-
 tos tamen quandoq; uidi (ut secundo Aeneidos de Ae-
 nea scribit Vergilius) qui lachrimando habitam mise-
 riam recensuerunt. Ge. Stulti homines qui uictam ca-
 lamitatem lachrymis prosequantur.

DE VERE.

Gerhardus & Bruno.

Vnde tanta flumiorum copia? Bru. Nix altis in
 montibus liquitur. Ge. Fortassis. Bru. Sic est.
 Ge. Tempus expetit, quia uer adest. Bru.
 Non adisset uer cum simus in Martio mense? Ger.
 Nunc agricolæ redeunt ad agros colendos. Bru. Labor
 etiam rursus incumbit equis. Ger. Satis per hyemem
 quie-

quleperunt. Bru. Inertiã ipfis aratrum expellet. Ge.
Fuisti ne hisce diebus in pomerijs? Bru. Istic nihil est
quod agam. Ge. An fortassis uiolas quæsisses. Bru.
Non sum uiolarũ, sed librorum amator. Ge. Putabam
uiolas á rusticis egestas. Bru. Hæ tuo naso & ori cõ=
ueniunt. Ge. Bona uerba queso. Bru. Ut loqueris,
ita & respsõsum accipis. Ge. Fateor, meo ipsius gla=
dio cado. Bru. Incidisti in foueam quam fecisti. Ge.
Post aliquot dies redolebunt pomeria uiolis. Bru. Post
multos, non paucos certe. Ge. Indies iam è terra erum=
punt. Bru. Vidistin aliquas? Ge. Vidi conpluscultas.
Bru. Ego hoc uere nullam. Ge. Si quas reperero ad te
feram. Bru. Id facito, si te non grauabit. Ge. Non
me grauatur obsequium amico exhibendum. Bru. Facile
amicos tibi parabis (teste Comico) si obsequijs confe=
rendis alijs delectaris. Ge. Inseruire amicis, mihi de=
licium est. Bru. Id hominem decet (ut alius inquit Co=
micus) ut homini alteri Deus sit. Id est, præstet au=
xilium & commodum.

DE FESTO SANCTI GALLI.

Nicolaus & Vinandus.

Appetit nunc dies sancti galli, quo scholastici
delectari solent. Vi. Ego certe ipsius aduentu
nunc doleo. Ni. Solebas tamen plus alijs gau=
dere ob diem istum. Vi. Fateor, sed nunc secus mecum
agitur. Ni. Amabo dic, q̄s tibi est scrupulus? Vi. Facilis
est et tñ plurimũ me male habet. Ni. Fortassis cassam
probe augurarer. Vi. Si cõiectura cõsequi potes, dicã.

Nico.

NI. Periculum conijciendi faciam. VI. Age, audiam.
 NI. Nō licebit tibi presternationi galli adesse. VI. Her-
 cule rem acu tetigisti. NI. Sed cedo, quid impediementi
 erit? VI. Mater æs mihi largiri recusat. NI. Sis animi
 presentis, isti rei facile medicabor. VI. Qui mihi suc-
 cures? NI. Mutuum tibi solidū æris dabo. VI. Si fe-
 ceris nō diu carebis ipso. NI. Est ne tibi animus labo-
 rare, ut tu gallum eneces, & (ut aiunt) rex efficiaris? VI.
 Istud honoris nō cupio, ubi nihil est lucri. NI. Vel-
 lem me posse ipsius cædem peragere. VI. Vino te do-
 nabo, si ipsi mortē intuleris. NI. Omne mouebo saxū,
 quo ipsum acerbius alijs tangā. VI. Spectator ero. NI.
 Sed interim non obliuiscaris uini mihi modo promissi.
 VI. Do fidem me prestiturū promissa. NI. Ego si gal-
 lum interfecero, lautum exhibebo uobis cōuiuū. VI.
 Quid a te immune accipiemus? NI. Duos Gallos gal-
 limaceos ad ueru coctos, et uini mensuras quatuor. VI.
 Sat erit. NI. Spero quod aliquid uini mihi donabitur,
 tum minus impendij faciam.

DE FESTO SANCTI LAMPERTI.

Paulus & Thomas.

Rursus matrem iratā reddam. Tho. Quo ipsam
 offendes? Pa. Rogitando pecuniam. Tho. Pecu-
 nia quid eges, cum uictum habeas? Pau. Alijs
 egeo quam uictu. Tho. An non, quibus indiges, præbēt
 tibi parentes? Pau. Quid ni? Tho. Cur tū æs expetis?
 Pau. Ludimagistro ut manus farciā. Tho. Cuius rei gra-
 tia? Pau. Lāperti ferie expostulant. Tho. Ecce, nisi
 dixisses,

dixisses, oblitus fuisssem. Pa. Nunquid & tu modico ere
ipsum donabis? Th. Quod moris est, ipse non intermit-
tam. Pa. Solet fieri, sed ignoro an merito. Th. Forte
premiij loco est? Pa. Praecium seorsum exoluitur. Th.
Quod nunc dandum est, forte munus aestimat praceptor.
Pa. Id muneris crebrius pendimus. Th. Nosti ne? saepe
dandi & amicis, ne intereat gratia. Pa. Praceptor mu-
nere isto non amicus, sed inimicus redditur. Th. Explo-
ratur unde habes? Pa. Scio aliquos, qui plus caeteris
ipsi conferunt munuscula, & illos acerbius alijs corri-
git, & in eos animaduertit. Th. Quos saevius tractat
illos pra alijs diligit. Pa. Istud diligere Eumenides fe-
rat. Th. Cessa imprecari praceptor. Pa. Quid tu ipsi
dabis? Ego solido eum exhilarabo. Th. Nummum pra-
stares (quem indocti album uocant) tu opulentus es,
ego obulum unum, aut alterum dabo.

DE ELIGENDO EPISCOPO.

Iaspar & Melchior.

Intereris ne die lunae gymnasio literario? Mel. Sic
credo. Ias. Cui tuam dabis uocem? Mel. Quid hoc
est? uocem dare. Ias. Id est, quem elegeris in Episco-
pum? Mel. Incocinna est locutio. Ias. Dic tu uenustio-
rem. Mel. Cui tuum dabis suffragium? Ias. Poteris ne et
alio pacto eloqui? Mel. Possim, in cuius personam
eligendam tu consenties? Ias. Memoriae istas recondam
orationes. Ego suffragabor tibi. Mel. Ne facito. Ias.
Cur istum non desideras magistratum? Mel. Non, quia fru-
gis nihil affert. Ias. Satis Premiij mihi esset honor iste.

C

Mel

Me: Ipse honoris istius auidus nō sum. Ias: At pulchrū
est dici Episcopum. Me. Verum, sed miserum est cen-
sum non expectare. Ias: Si Episcopus fierem, sperarem
adhuc me in magnum euasurum uirum. Me: Vnde istā
sperares? Ias: Ex moribus gentilium. Me. Quos isti
habuerunt mores? Ias: Ab his quæ in iuuetute alicui ac-
ciderunt et sumpserunt futurae fortunæ cōditō. Me.
Fiebant etiā quicquid uoti cōpotes? uel semper frustraban-
tur spe? Ias: Quid ni? sæpissime. Me. Exemplum unum
eloquere. Ias: Platoni in cunis dormienti, apes in os mel
ingesserunt, ex quo aruspices eum fore uirum facun-
dum dixerunt, quod sic factum est. Me. Mirum quod
audio, sed haud, & ægre credibile est.

DE ELIGENDO REGE.

Henricus & Iacobus.

Hodierno uespere ubi tui cœnabunt parētes? Ia:
Vbi alias nisi domi nostræ? Hen: Nō aliquò sunt
uocati cōuiuæ? Ia: Quò hodie inuicati essent?
Hen: Ad amicorum læces. Ia: Foris cœnare eos pudret
hoc die. Hen. Apud honestos conuiuā agere non est pu-
dendum, Ia: Fateor. Hen: Cur tum dicis, quod eos pude-
ret? Ia: Quia nō solent hanc uesperā solennē foris per-
agere. Hen: Qui fiat cedo? Ia: Nobiscum frontē domi
exporrigunt. Hen: Ecquid uoluptatis domi habetis?
Ia: Multum certe. Hen. Fortassis regem inter uos de-
cernitis? Ia: Idipsum facimus scilicet. Hen: Delectus
ne an sorte? Ia: Chartulis pileo impositis. Hen. Sunt
ne omnes inscriptæ literis? Ia: Sunt, et quidem nomi-
nibus

nibus magistratum. Hen. Adest etiã reginae scriptus
titulus? Ia. Est, sed uel matri uel ancillis uendicatur.
Hen. Fortuna quem regem fecerit quid p̄det? Ia. Ho-
dierno uesperis a sumpto est immunis. Hen. Immunis?
quis tum uini exoluit cyathos? Ia. Potu omni nos aliq̄
regem donamus, sed ipse alio tempore suo ære geniale
parat nobis conuiuium, & regium.

DE FESTO NATALI CHRISTI.

Georgius & Gysbertus.

Ego nunquam toto anno plus gaudeo quam nunc
temporis. Gy. Ego uero nunquam magis doleo.
Ge. Doleres tu tẽpore adeo leto? Gy. Nõ. dolorẽ,
in tanto frigore? Ge. Ipse totus letor ob festorum di-
erum aduentum & copiã. Gy. Quid ferie tibi cõmo-
dant? Ge. Ociabimur à lectionibus abunde. Gy. Quot
dies? Ge. Ferme quatuordecim. Gy. Quando incipien-
tur ista uacationes nostrae? Ge. A pridiano Thomae, et
ad alterum Circumcisionis diem durant. Gy. Et inte-
rim nõ uisimus scholam? Ge. Accedimus quãdoq̄, sed
solum cantatum. Gy. Quae cantabimus? Ge. Reddenda
istis sacris diebus in templo. Gys. Istos cantus noui ab
hinc biennio. Ge. Anni curriculo mihi exciderunt me-
moriam. Gy. Oportet ut sterilissima sit tibi memoria. Ge.
Talia mihi curae non sunt, diligentius lusus quam ista
cogito. Gy. Scholasticum id dedecet. Ge. Canenda his
diebus habes ne scripta? Gy. Habeo, & cum musicis
concentibus. Ge. Exscribenda mihi ipsa accommodes.

C 2

Gys.

Gy. Libentissime. Ge. Plurimum lætor quod nunc tem-
poris adeo mitis est aer, et non acerbum frigus. Gy. Et
ego gaudeo, alias in matutinis præcibus frigore peri-
rem. Ge. In lecto me continerẽ si frigus sæuiret. Gy.
Ah, propter nouum regem natum, nihil uelis pati?
Ge. Durum est à tepido nido discedere.

DE TEMPORE BACCHANALI.

Michael & Vilhelmus.

Quot hebdomadæ nunc intersunt, inter ferias
natales Christianas et quadragesimam? Vil.
Opinor nouem. Mi. Hui, tot? Vil. Ita relatu
aliorum accepi. Mi. Cuius uerbis habes? Vil. Viri cu-
iusdam apprime docti. Mi. Tum longum erit carni-
spriuium. Vil. Tace obsecro uerbum istud barbarum.
Mi. Carnispriuium, non est uerbum uenustum & lati-
num? Vil. Minime, sed maxime impolitum. Mi. Dic
politiolem dictionẽ aliquã. Vil. Tempus Bacchanale.
Mi. Cur ita appellas tẽpus hoc? Vil. Quia olim in sa-
crificijs Bacchi insaniebãt ita, ut hoc tempore furiũt.
Mi. Insaniebant sacrificãdo Baccho deo gentiles? Vil.
Viuebant in omni luxu et demẽtia. Mi. Est ne tibi ali-
ud uerbum quo hoc tempus appelles? Vil. Festum uel
tempus Lupercale etiam potes dici. Mi. Quid noui
uerbi affers? Vil. Nouũ non est, sed à ueteribus histo-
ricis proditũ. Mi. A quibus? Vil. A Valerio Maximo.
Mi. Cur istud nomen huic tribuis tẽpori? Vil. Ob mo-
rẽ gentilium. Mi. Quis is erat mos? Vil. Pastores peco-
rum currebãt hoc tẽpore nudi, habentes pelles in ma-
nibus.

vibus, in honorē panos Dei pastorum. Mi. In quod cō-
modum isti sacrificabant? Vi. Credebant, quod ab ovi-
bus pelleret lupos, hinc uocatum est tempus Luper-
cale. Mi. Fiebant etiam uoti compotes? Vi. Ignoro,
nam tum temporis uitam non egi.

DE QUADRAGESIMA.

Seuerus & Philippus.

Poctarum non semper uanae sunt fabulae. Phi.
Certe me iudice parū habēt ueri. Se. Habēt mea
sententia saepe nihil prāter ueritatē. Phi. Pro-
bes id, alioqui fidem tibi nō habeo. Se. De fortuna fa-
bulātur, quod rotā insistat. Phi. Notum habui diu. Se.
Istud ueracissime dicunt. Phi. Fac mihi persuadeas. Se.
Haecenus per aliquot dies curauimus cutē delicatissime
Phi. Prāterea quid? Se. Et nūc instat tempus quo cor-
pus rursus macerabimus. Phi. Aestimās forte ieiunij
tormentum. Se. Puto istud, nam carnes prohibentur,
quae solae pascunt corpus. Phi. Etiā pisces multos sagi-
nant. Se. Neros adeo nō roborāt, ut caro. Phi. Immo
uideas nonnullos pinguiorex ex piscibus quā alios ē car-
nibus. Se. Qui isti sunt? Phi. Monachi in cōnobijs,
ubi Pythagorice mēsa instruitur. Se. Crassa illorū capi-
ta et uentres obesi certe ē piscibus nō fiunt uel exur-
gunt. Phi. Forte extra limē monasteriorum uescuntur.
credis, carnibus? Se. Scio et uidi, non solum credo. Phi.
Et mihi uisum est creberrime. Se. In hisce semiseptens
hebdomadibus esurialibus, quo uesceris cibo? Phi. Pi-
sis et piris in fornace tostis. Se. Ficibus istis? q̄ rusticis
C 3 mel

mel sapiunt. Phi. Ita, illos ad panem edo cum nucibus.

DE FESTO PASCHALIS.

Petrus & Mattheus

Appetit nunc tempus quo nullum toto anno est crudelius. Mat: Quod illud est adeo impium? Pe: Paschatis puto dies. Mat: Sunt isti tibi immanes & impij? Pe: Vtiq; nam magna solet fieri caedes. Mat: Habetur tum semp bellum hoc tēpore? Pe: Nescis istud? Mat: Ignoro. Pe: Nosti Thuringiā? regionem Germaniæ Orientalis? Mat: Nosco, ubi urbs Erphordia est excellentior. Pe: Ibidem duo sunt loci unus ab halece, alter à vitulo nomē sortitus. Mat: Equid postea? Pe: Inter hos circa Pascha ingens bellum oritur. Ma: Etiam annuo? Pe: Immo quotennis duabus vicibus. Mat: Tempore dic quo? Pe: Circa quadragesimæ auspiciū, et ferias Paschales. Ma: Cuius loci incolæ euadunt uictores? Pe: Dum exorditur esuriale tempus, illi de Halece agnominati. Ma: Quare illi? Pe: Quia diebus ieiunij piscis iste in coquinis et patinis dominatur. Ma: Quando illi triumphāt de prælio, quibus vitulus agnomē præbuit? Pe: Paschatis tēpore. Mat: Qui hoc? Pe: Nā sequentibus diebus uictitatur carnibus. Ma: Lepidum audio iocum. Pe: Hoc quondā Erphordie agēs, nugari audiui. Ma: Satis festiuū dixerim.

DE FESTO PENTHECOSTES.

Vinandus & Baptista.

Sabbato proximo pridianus erit dies festi Pēthecostes. Ba: Compertum id habeo. Vi. Ventri nostro

stro

stro rursus bellum afferet. Ba. Quale bellum narras?
Vi. Corporis bellum, ieiuniū scilicet. Ba. Pulchre ieiunium uocas bellum, quia uentri odiosū est. Vi. Hactenus tranquilla fuit caro nostra. Ba. Vnde ista sibi tranquillitas quam aestimas? Vi. Quia a Paschatis die non sensit ieiunij molestiam. Ba. Corpus meū tum ouis tum alijs affatim est pastum delicatis bolis. Vi. Sabbatho denuo in pistrinum ibimus. Ba. Facile est unum diē abstinentia peragere. Vi. Ipso die Pētecostes accedas sacram Sinaxim? Ba. Incertus sum. Vi. Qui sic? ego me accingā quo gratiā spiritus sancti acquirā. Ba. Facerē et id ipse quoq; sed unicū me moratur. Vi. Istud quid nā est? Ba. Inuitus cōfiteor. Vi. Ego alicui ignoto mea delicta recēseo, tum plus audeo. Ba. Parabo et me, ut tecum peccata in sacrificuli aurem immurmurē. Vi. His spiritus sancti ferijs nobis scholasticis in primis est scelerū fex eijciēda. Ba. Vere dicis, ut spiritus sanctus nos inuiset. Vi. Si is nobis præsto fuerit sine sudore discemus. Ba. O utinā tū mihi adesset. Vi. Peccata exue, penitentiā age, certe de suo donabit munere. Ba. Enitar pro uiribus. Vi. Sic facias, et literis fies aptior alumnus

DE FESTO SANCTI MARTINI.

Hieronimus & Hermannus.

Quot nā dies ab hinc absunt ferie sancti Martini? Her. Opinor octo. Hie. Quo die pagentur? He. In macra die, scilicet Veneris. Hie. Vespera tñ erit ipso die Iouis. He. Erit, ni fallor. Hie. O tū adhuc bñ nobiscū agetur. He. Vñ illd' cōiicis? Hie. Nā tūc car

bus uescantur homines. Her. Illud nostro stomacho ni-
hil comodabit. Hic. Immo plurimum proderit. Her. Effu-
re, quomodo? Hic. Quidquid iusculi uel carnis a mensis
leuarint, nobis ad fores cantantibus impartiet. Her. Ad
istud certe ollam mihi parabo. Hic. Si tibi placuerit in-
uicem tunc temporis ostiatim canemus? Her. Oppido
mihi arridet. Hic. Sed quidquid obsonij, uel æris, nobis
datum fuerit, commune erit. Her. Conferetur in illius ue-
speræ nostrum conuiuium. Hic. Sed quæ hora egrediemur
precatum stipem? Her. Postquam octaua sonuerit, Hic. Il-
lud temporis plane integrum erit nostræ precationi.
Her. Conueniet maxime, nam eo tempore demensa
tolluntur patinæ. Hic. Anno ab hinc proximo tantum
accepi alimenti, quo octo uictitabam dies. Her. O si ea
nunc rediret fortuna. Hic. Sperandum est & Deo con-
fidendum. Her. Quis illius non anhelaret admnicu-
lum? Hic. Multi suum exoptant presidium, uerum in-
seruiunt ipsi inique. Her. Ii consequentur gratiam
eius ad Græcorum Kalendas.

DE XENIIS MITTENDIS.

Kilianus & Theodoricus.

PRecor tibi diem candidum. The. Talem & tibi
opto. Kil. Xenium fac mihi præbeas. The. Hui
tam cito? uix noui anni dies illuxit. Kil. Hodie
uerum est tempus dandi Xeniola. The. Hodie incipit,
sed diu durat. Ki. Fateor, sed tamen qui alteri dare uo-
lunt non diuturnam moram agunt. The. Expecta, quoad
ipsum struxero. Ki. Non opto strenulam farinaceam. The.

Lautior

Lautior mihi non est alia. Ki. Sed puderet me amicum
mellito munusculo salutare. The. Qui id fit? Ki. Quia
timerem ne ab ipso nausearet. The. Vanū metuis, si bo-
nus esset, boni cōsuleret. Ki. Verbis fortassis, at corde
sperneret. The. Is personatus amicus esset. Ki. Hone-
stius est panniculū emūctoriū largiri uice xenij. The.
Est quidē, sed tale munus nō omnibus in promptu est.
Ki. De interula aut panni ulna plura cōficiuntur. The.
Sed sepe pluris constat conficiendi sumptus, quā pan-
nus. Ki. Cultros uidi quōq; inter amicos missitari. The.
Illos ego non miterem. Ki. Cur? The. Quia uulgo di-
citur, cultros amicitia rumpere. Ki. Stolide, isti tu ac-
cedis dicto? The. Non totus cōsentio. Ki. Attamē non
nihil ipsi fidē præbes. The. Facio ut solēt ij qui quic-
quid audiunt ex oraculo prolatū putāt. Ki. Es tu illius
farinæ homo? The. Nescio, me ipsum non nosco. Ki.
Sed strenulam mihi fac mittas. The. Cras ultro tibi
conferam, interim spe uiuas.

DE PECVNIA DANDA IN NOVAE SCHOLAE
la ingressu. Martinus & Nicolaus.

Ferriabimur ne post meridiem à lectionibus? Ni.
Non cōpertum habeo. Mar. Ego ea spe ducor.
Ni. Vide ne uanā spem foueas. Ma. Certus sum,
spe non frustrabor. Ni. Præstaret fideiussorem habere.
Mar. Tam scio, quam nomen meum. Ni. Eloquere, qui
scias. Mar. Est mihi adolescens domi, qui primus iam
scholam inuiset. Ni. Hoc quid afferet nobis? Mar. Ipse
à præceptore copiā ociādi nobis impetrabit. Ni. Qua

C S artes

arte? Ma. Largiendo ipsi paucillulum nummorum. Ni.
Putas illud quod introitum uulgo appellatur? Ma. Istud
ipsum uolo. Ni. Sat habeo. Ma. Verum, nostin unde mos
ille prouenerit? Ni. Audiui nunquam originem. Ma. Dicam
huius consuetudinis fontem, si te audire non tulerit.
Ni. Audire gestio. Ma. Qui apud artifices mechanicos
Tyrones sunt, istius artificij classi aliquid pendere coguntur.
Ni. Vi quaque in ipsorum artificum conciliabulo. Ma. Isti
munusculo fauorem sibi uedicant aliorum. Ni. Etiam in ipsorum
album referuntur? Ma. Non secus et nouas literarum
Tyro et preceptorem, et nos demeretur. Ni.
Quo? Ma. Preceptorum paucillulo eris: nos uero ocio
¶ Non semper esse studendum. (medij diei.
Vicentius et Vilhelmus.

HEus tu, paucis te uolo. Vil. Quis me uocat? Vi.
En, ego te uoco. Vil. Quid est, quod me uis? Vi.
Facilis res est. Vil. Exprime ocium. Vi. Qui fit
quod ita palles? Vil. Palleo? Id ipse ignoro. Vi. Palles
non secus ac aegrotares. Vil. Sane nihil sentio doloris
Gratia Deo. Vi. Vnde tamen pallor ille oritur? Vil. Color
hic mihi est natiuus. Vi. Non adeo paleseunt homines a
natura. Vil. Qui nosti? es ne medicus? Vi. Non, sed con-
iectura consequor, te chartis nimium addictum. Vil. Lite-
ris totum transigo ocium quod habeo. Vi. Si id agis, tibi-
ipsum obes. Vil. Hoc non spero, quod mihi desim studen-
do. Vi. Prodes forte animae, sed corpori noces. Vil. Ma-
lo animae quam corporis profectum. Vi. Belle dicis, sed
corpore debili et animae tandem uis perimitur. Vil. Peri-
ti istud

si istud nō asserunt. Vi. Quid tum dicunt? Vil: Ad te-
nuem lancem, literas melius imbibi. Vi. Concedo, sed
tamen oportet corporis curam non totam omittere.
Vil: Neq; hoc facio. Vi: Extremum dementia esset ab-
stinencia immodica suum fraudere genium. Vil. Præ-
stat tamen alimonia animæ quam corporis. Vi: Ener-
uatis autem corporis uiribus fulcimentum animæ &
uirtutibus tollitur. Vil: Inficias non eo, quum corpus
sit animæ promptuarium.

¶ Quem ludum debeant iuuenes exercere.

Antonius & Laurentius.

H Vi ludes tu tesseri? Lau: Hoc tua quid refert?
An: Ludus iste nō scholasticorū est. Lau: Quo-
rum tum est? An: Nebolonum belluonum et histrionū.
La: Vidi ego cōplures literarum Tyrones hoc uti ludo.
An: Nihilo fuere meliores. La: An ne peiores eos fuisse
censes? An: Hercule nō solum peiores, sed et pessimos.
La: Tu nosti, q̄a tertius Cato es. An: Ride ut lubet, ue-
ra loquor. La: Nihil ludēdū est scholasticis arbitraris?
An: Ludendum et ipsisq; sed aliud lusus genus. Lau.
Age, qui ludus? An: Ludi nempe honesti et uerecundi.
La: Qui illi sunt? An: Quos olim Romani suos docue-
runt liberos. La: Quales isti tradiderunt pueris? An:
Natare, dimicare et certare luctādo. La: Nullos alios?
An: Nullos, qd̄ audierim. La: Nunq̄ charta lusoria, uel
talis? An: Minime gentium. La: Etiā ne inter cōuiuia cū
amiculo? An: Nusq̄ locorum. La: Nimum sapuerunt.
An. Si semel & iterum concessissent, male cecidisset.

Lau

Lau. Nonnunquam ludere, ferendum esset. An. Audisti
Platonem dicentem, non paruum incommodū esse
consuetudinē iniquam? Lau. Consuetudo diutino &
frequenti conatu fit, non raro tentando.

DE ELEMOSINIS COLLIGENDIS.

Ludouicus & Panthaleon.

Placet ne tibi mihi cōgredi? Pan. Quo? Lud. Ignoras? ostiatim petitum decimas nostras. Pan. Decimas quid uocas? Lud. Stipem, quæ nobis pauperibus à diuitibus erogatur. Pa. Est illa nobis uice decimarum? Lu. Vtiq; est. Pan. Mihi non fit uerisimile. Lud. Pinguis mineruæ homo es, qd' ista nūc capis. Pa. Haud capio, rogo aptius mihi dicas. Lu. Obsecundabor, tu ausculta. Pa. Aduertam diligenter. Lu. Nosti agrorū dominos oportere suis, aut parræcianis, aut principibus pendere decimas. Pa. Nosco per parentes meos. Lud. Non secius oportet & diuites illos, de suis bonis pendere nobis stipem. Pa. Certe si oporteret eos, tum nunq̄ recusarent. Lu. Dum reuūit ipsis luditur. Pan. Immo plus luditur nobis, quā ipsis. Lu. Lōgo aberras. Pa. Delyro dicis? uenter mihi fame perit. Lud. Diuitum incōmodum longe est grauius. Pan. Dic, qd' illud est? Lu. Dei incidunt iram, quod pietatis nō sunt cultores. Pan. Istud non estimāt. Lu. Sed olim ante iudicē Deum acerbe sentient. Pan. Interim inducijs fruuntur, Lu. Misere induciæ sunt, quas certum sequitur tormentum. Pan. Solacium tamen est, dilatione frui, etiam momentanea.

De

DE LVDO PILAE.

Gysbertus & Petrus.

VT sic desideris? surgite pigerrimi. Pe. Quid conabimur? Gy. Colludemus non nihil. Pe. Malumus hic in gramine uiridi gescere. Gy. Endymionum est non adolescentum ita gramini incubere. Pe. Attamen dulce est. Gy. Iucundius est mihi ludere, quam torpere. Pe. Age, ludendo concertemus. Gy. Pilam ne iaciendo inuicem? Pe. Cui est pilae nobis deest. Gy. En, hic duas habeo. Pe. Molliorem et leuiorem accipiemus. Gy. Belle dicis, nam ista minus asferet doloris. Pe. Sed sortiemur periculi & ludi comites. Gy. Ludemus, ut pila scrobibus impellatur. Pe. Tum fors mittatur, quis incipiat. Gy. Scrobs prius ascribatur cuilibet. Pe. Quisq; accipiat quam uelit, suprema erit mea. Gy. Aduolue pilam, in cuius scrobem ceciderit, eam in alios proieciat. Pe. Pape, meam incidit, fugite hinc. Gy. Ho ho, neminem terigisti, notula tibi appingatur creta. Pe. In calceum fige mihi cretae lineam. Gy. Demum adijce foueis pilam. Pe. Nunc tuae intrudam foueae. Gy. Si feceris, te primum proieciam. Pe. Viden? age quae lubet. Gy. Fuge, aut te iactu petam. Pe. Si audes, iacias. Gy. Audeo maiora, en tactus es. Pe. Et te rursus ad suras laesi. Gy. Vix credo, nam sensi penitus nihil.

DE LVDO GLOBORVM MISSILIVM,
quos omnia uocant Colonicenses tyrunculi literarij.

Cornelius & Iacobus.

Non

Non decet alijs ludentibus nos ita desiderere. Ia.
 Praestat spectatore esse quam ignauum colluso-
 re. Co. Auspicemuret nos duo ludum cognitu.
 Ia. Quae agemus consulis ludum. Co. Globularem. Ia.
 Cum globulis, quos omnia uocant? Cor. Impolitum
 istud est uerbum. Ia. Nosti tu aliud uenustius. Co. Ipse
 dicerem globulos missiles per pollices. Ia. Et ista memo-
 ria recondam oratione. Cor. Fiat fossiculus, in quem
 globuli mittantur. Ia. Tibi culter est, effode terra. Co.
 Prescribe tu ludi carceres. Ia. Hic signo ligneolo. Co.
 Praemitte tu globulum, ego deinde. Ia. En, istic me fe-
 rias. Co. Si possum non sinam te ibidem durare. Ia. Te ex-
 spectabit globulus. Co. Vides? ubi nunc sitis? Ia. Semel
 sum a te propulsus, id nihilo aestimo. Co. Denique tria ui-
 ci, tu nondum lucratus es. Ia. Istis tribus nihil addes lu-
 cri. Co. Res ipsa loquetur. Ia. Quibus fortuna prius
 aspirat, tandem aduersatur. Co. Mox sex numerabo. Ia.
 Ipse praueuiam te. Co. Ah, nunc mihi timeo. Ia. Ecce et
 mihi tria sunt. Co. Ego rursus tribus te excello. Ia. Non
 diu numero superior manebis. Co. Istud experiar. Ia.
 Tuis conatibus ipse obsista. Co. Enitere quantum potes.

DE LVDO GLOBORVM QVI

torquentur per annulum.

Vdalricus & Vinandus.

Eamus deambulatum rus uersus. Vi. Ruri quid
 tractabimus? Vd. Ibi et ambulando et colluden-
 do nos oblectabimus. Vi. Quod ludi genus exer-
 cebimus? Vd. Torquebimus globum per annulum ferreum.

Vi.

Vi. Age, prope eamus. Vd: Sed audi, in ludo globi annularis peritior me es. Vi. Rarus certe ipsum exerceo. Vd: Attamen uidebo quid et ego possim. Vi: Globum prome. Vd. En tibi ferreum annulū, terrae infige. Vi. Flagellum et mihi præbe. Vd: Sortiemur, quis prior ludat. Vi: Ego cultrum sursum iaciā, tu elige. Vd: Seligā alterum cultri latus, signum ubi impressum est. Vi: Latus planum sursum uergit, exordiri est meum. Vd: Age, placet, incipe. Vi: Ictu primo globum per annulū pellā. Vd. Si feceris, eris mihi magnus Apollō. Vi: Ride re sine, uidebis me uirum. Vd: Ah ah, nōdum te expertum aspicio. Vi: Nescis uerbum Vergilij neminē ubiq; foelici ludere dextra? Vd: Ut ego, ita p annulum agitates globum. Vi, Robur tibi est maius, quā mihi. Vd: Hic nō robur, sed et prōptitudo ualet. Vi: Nunc belle annulum penetrabit. Vd: Vel á latere præteribit. Vi: Istū ipse prohibebo. Vd: Clausis oculis aptius te luderem. Vi: Verbis tu magnus es, sed factis nullus.

DE LVDO SALTVS.

Georgius & Volffgangus.

O Vos ciconiarum proles. Volff: Sumus proles ciconiarum? Ge. Estis, quia longissima habetis crura. Vol: Hoc tua nihil refert. Ge: Si audetis, ego pomilio unumquemuis uestrum ad saltandum laceſſo & prouoco. Vol. Et ipse in harenam tecum descendam. Ge: Hoc saltandi more me imitare. Vol: Præsiliās, faciam periculum. Ge: Ter solum salias post cursum factum. Volffgan: Metam signa lapide

lapide aut ligno. Ge. En, hic constitui. Vol. Eam facile
 assequar metam. Ge. Id post cursum iactita. Vol. Nūc
 uiri aspice saltum. Ge. Ah, saltū indignum iuvene tali.
 Vol. Pro uiribus conatus sum. Ge. Vires tibi (ut uideo)
 sunt imbecilles. Vol. Rursus expiar quid possim. Ge.
 Semel uici, non alterū tibi concedā saltum. Vol. Si nūc
 non assequar metam, palmam dabo. Ge. Lubens per-
 mitto, tandem tenta. Vol. Vides, me bene assecutū me-
 tam tuam. Ge. Assecutus es, sed nō longius transponis.
 Vol. Sat est quod artigi. Ge. Denuo tibi consequendam
 ponam metam aliam. Vol. Vix remotius collocabis.
 Ge. Puderet me, si qualibet uice distantius saltarem.
 Vol. Te uirum dicam, si ostenderis. Ge. Vides? pene
 prolongassem. Vol. Quod pene fit (ut uulgo dicitur)
 id tanen non consequitur uotum.

DE CERTAMINE CURSUS.

Gerhardus & Crato.

Cessemus oro de hoc ludo torquendi globum per
 annulū. Cra. Repetemus tum ædes nostras? Ge.
 Ut uisum fuerit uobis. Cra. Esset nimis tēpesti-
 uum. Ge. Ludi aliud genus incipiamus. Cra. Quale
 estimas auspiciandum. Ge. Mihi ex diutino inflexu
 genua dolent. Cra. Eo præstaret in gramine decum-
 bere. Ge. Id me puderet, sed currendo ipsa reficiam.
 Cra. Hoc fatigat, nō recreat. Ge. Currere uires exci-
 tat, quas enervauit torpor. Cra. Multi currendo crura
 infregerunt. qui torpendo tuti fuissent. Ge. Equi in sta-
 bulis diutius sistendo, crurū uires amittūt. Cra. Aliud
 equis

equis, & homini cōpetit. Ger: Quemlibet uestrum ad
parem cursum irrito. Cra: Et ego currendo tecum pa-
lestam in eo. Ger: At aliquo precioso curremus. Cra:
Quid deponemus? Ger: Victus pendet binas uini men-
suras. Cra: Mensuras cereuisiæ, non uini exoluet. Ger:
Ut lubet, qui primus portæ adfuerit, uicit. Cra: Sed
unâ cursum inchoemus. Ger: Adsis, meo adsta lateri,
dum clamauro, curremus alacriter. Cra: Adsto, cur-
re, non retine me ueste. Ger: Ho, ho, uici, uici Cra: Ni-
si cecidisssem, me non præcurrisses. Ger: Gaudeo, me
euicisse te, utcunq; primus attigi metam, id refert ni-
hil. Cra: Facile est uincere solus currentem: Ger: For-
tuna uictoriam largiri solet,

¶ An ille sit doctus semper (ut putant
rustici) qui magnos potest legere libros.

Philippus & Hieronimus.

IN doctissimi hominis ædibus nunc fui. Hie: Doctis-
simi? age, quis iste est? Phi: Ecclesiæ nostræ re-
ctor, quē uulgus pastore appellat. Hie: Proh, istū
doctissimum æstimas? Phi: Nō magnæ esset eruditionis,
cum grandes legat & habeat libros? Hie: Librorum
aceruus & preciositas doctum non arguit uirum. Phi:
Vulgus tamen persuasum habet grandium librorum
lectore, peritum admodum esse. Hie: Toto errat cœlo
id credendo. Phi: Errorem illum mihi ostende. Hie:
Multi libros habēt, quos neq; legunt, neq; lectos intel-
ligunt. Phi: Quare tunc eos mercati sunt? Hie: Ut se
exornent, tanq; oppido gnaros. Phi: Stulti qui pecuniā

D

NON

non retinent. Hic. Emendo librorū suppellectilē docti sibi nomen conciliant. Phi. Si hoc scirē, doctum me uocatum iri, tota re paterna liberos emerē. Hic. Apud populum philosophus diceris. Phi. Vtrum præstare credis, cōplures habere libros, & indoctum esse: uel peritum, et pauculos libros? Hic. Peritū esse præualet et modicos possidere codices. Phi. Peritia è memoria cito elabatur, in libris autē diutius durat. Hic. Præstantius tamen est (ut inquit Erasmus) ingenium habere doctum, quàm libros eruditos. Phi. Sed è memoria elapsa scientia, ubi rursus acquiretur, si copia librorum decrit? Hic. Vbi extant bibliothecæ literariæ.

DE PRAECEPTORE ELIGENDO.

Antonius & Ioannes.

ES tu in hoc ludo literario duraturus longius? Io. Minime, sed alio me cōferam. An. Quo locorum? Io. Vbi melius erit consultum meo profectui in literis. An. Vide ne præstantiora quærens, uiliora incidas. Io. Prouidebo strenuè. An. Sed nosti, quis sit præceptor eligendus? Io. Instar cæci, qui mihi arripdet, illi me subdo. An. Ementium haberes morem, qui nihil emunt, nisi diu ante perspectum habeāt. Io. Præceptorē, ut rem uenum expositam, licet ne perspicere? An. Duo sunt, per quæ præceptor, utrisq; (ut aiunt) bracchijs amplexandis cognoscitur. Io. Quæ illa sunt, ediffere precor? An. Si erudite docet, et discipulos literatos reddit. Io. Eruditionē præceptoris ignoti, quomodo percipiā? An. Audiendo eum docentē, uel alios
de ipso

de ipso consulendo. Io. Ego indoctus iudicij sum ex-
pers. An. Peritiores qui uir sit, facile tibi ostendent.
Io. Iudicant ne etiam discipuli de præceptoris indu-
stria? An. Hæres in illo? nescis prouerbum uulgo usur-
patum, discipuli doctrinam ex præceptoris pendere
peritia? Io. Audiui interdum, Qualis præceptor, tales
& fieri discipulos. An. Quid tum adhuc suspensio es
animo?

AN PRAECEPTOR LITERARIUS
sit colendus, tanquam parentes.

Iacobus & Laurentius.

VT ita erga præceptorem te habes? Lau. Tua
quid refert? Ia. Nihil. Lau. Quid ni tum siles?
Ia. Iniquum uidens tacere nequeo. Lau. Est
istud iniquum obloqui præceptori? Ia. Certe parum
debet. Lau. Par pari referre licet. Ia. Præceptori non
reluctandū, sed tacendum est. Lau. Dico ut tu, iniqua
obticere nequeo. Ia. Taciturnitas decorat iuuenē, præ-
cipue ad præceptoris uerba. Lau. Vecors esset, qui ad
plagas obmutesceret. Ia. Qui obmurmurat plus ictuū
recipit. Lau. Iuuat me tamen uerbis ulcisci, si factis nō
conceditur. Ia. At miserum est uerbis emere uerbera.
Lau. Istas paruipendo plagas. Ia. Illi infœliciter succe-
dit, qui præceptorem non ueneratur. Lau. Talem ho-
minē quis ueneraretur? Ia. Sit fortunæ cuiuscunq;, at-
tamen, præceptor noster est. Lau. Non diu eius disci-
pulus ero. Ia. De tuo non plorabit discessu. Lau. Et
ego gaudebo me ab eo liberari. Ia. Præceptores non

D 2 secus

secus ac parentes sunt colendi. Lau. Sane per Herculem, id ego nunquam feci. Ia. Ego autem maiori amore præceptorē quā parentes sum profecutus. Lau. O ingratis parentibus. Ia: Præceptor scientiam mihi præbet, quod nequeunt parentes. Lau. Ab ipsis autē uitā habes, & quod homo es Ia: Id parum est, quid enim uita est sine literarum peritia? Lau. Nescis uita nihil est nobilius. Ia: Sed uita nostra imperiti si fuerimus, non uita, sed mors est uerius, si quid Aristoteli fidei datur.

¶ De Nundinis & Munerum Nundinari-
orum emptione.

Seuerinus & Balthasar.

Vidisti quā feruide tētoria erigāt mercatores?
Bal. Vidi, quid deinde? Se: Nundinarum appetunt feruē. Bal. In illo mihi nihil metitur. Se: Sed ipse nonnihil cōmodi spero. Bal: Quo nomine? Se: Ab amicis munera nundinaria expecto. Bal: Ah, expectare miserum est. Se: Satius tamē est expectare quam nihil habere spei. Bal: Qui spe uiuit, miserā agit uitam. Se: Non omnes spe frustrantur. Bal: Plures certe quam uoti compotes fiunt. Se: Nundinaria munera quotannis his nundinis mihi largiuntur affatim. Bal: Fortunatior me es, cui nō teruntius datur. Se: Tu alienus es, ego incola et ciuis sum. Bal: Si in patria agerē etiam de nundinis gauderem. Se: Expecto nunc et calceos, & thyram, me accepturum. Bal: Quis ista tibi mercabitur? Se. Cognati et agnati mei, qui ex alienis adsunt oppidis. Bal: Vide ne mercimonijs impediti tui obliuiscantur

obliuiscantur. Sc. Ego ipsos sæpe admoneo & inter-
pello. Bal. Rogare medicorum est. Se. Non stipem ro-
go, sed munus nundinarium. Bal. Parum interest. Se.
Sit utcunq; ego lubens accipio ea munuscula. Bal. Cer-
te desiperes, si data recusares.

DE NVNDINIS FRANCFORDIENSIBVS.

Gysbertus & Andreas.

NAutæ nunc suas instruunt naues passim. A N.
Quo concessuri sunt? Gys. Francfordiã uer-
sus. An. Apropinquat ne tēpus nundinarum?
Gy. Mox in foribus erit, anteq̃ istuc uenient. An. Vel-
lem et me illuc posse concedere, Ibidem tibi quid ex-
quendum esset? Gy. Præterq̃ q̃ ignota perlustrarem
locã, prorsus nihil. An. Pigrior ego essem, quã quod eo
tenderē ubi nihil esset quod agerē. Gy. Dulce est per-
agrasse uarias urbes. An. Præstat tamē qnq; in patria
mansisse. Gy. Francfordiam me hercule accederē, ni-
si aliqua me morarentur. An. Quæ te detinent? Gy. Sa-
ne multa, præcipue tamen duo. An. Quæ illa sunt? Gy.
Primum uiatici carentia. An. Num id pater tibi sup-
peditaret? Gy. Nimio cōstat, ego iuuenis quātum ipse
sumptus in diuersorijs facerem. An. Fidem habeo, sed
quod est alterum impedimentum? Gy. Dicunt, in iti-
nere eum cui nunquã uisa est Francfordia, tractari ut
asinum inter simias. An. Et istuc nonnunquam uidi quo
modo aquæ immergebantur. Gy. Post illud & mulctan-
tur credo pecunia. A. Forte aureum insumunt conui-
uio, id parum est. Gy. Certe non parum est, quia diffi-
cilis

Item scribitur
in
eiusdem



eilis acquisitu est pecunia. An. Tibi & tui similibus
nihil deest.

DE VITANDO MENDACIO.

Euergissus & Hermannus.

Nostra non diu amicitia constabit. Her. Malū
quid ipsam infringeret? Euer. Mentiri assue=
scis. Her. Mentiri ioco, ferendum est. Euer.
Anguem minus odi, quā mendacium. Her. Loqueris
tu semper certa? Euer. Aut sileo, aut quæ mihi con=
stant loquor. Her. Iocaris ne interdum? Euer. Etiam
sepissime. Her. Qui iocari potes, si uero inniteris?
Euer. Nequit iocus per uerum credis fieri? Her. Ve=
rum mordere solet & odium parere. Euer. Delectat
ne tum sermo falsus? Her. Nugæ quanto maiores, tan=
to exhilarant uberius. Euer. Frugi homines falsitate
& mendacio non capiuntur. Her. Non omnes sunt So=
lones, ut tu. Euer. Probi ueritate sola tenentur. Her.
Attamen quandoq; dum carpuntur, in uiti eam reci=
piunt. Euer. Mendacio detestabilius in homine uihil
esse potest. Her. Lusorem, uel furem, uel latronem
esse adhuc grauius est. Euer. Ah minime, longe ista
excedit mentiri ipsum. Her. Credat hoc Iudeus Ap=
pella. Euer. Qui mentiri audet, nihil sceleris inten=
tatum relinquit. Her. O tu mendacij contēptor. Euer.
Vulgo fertur, furari mendacium comitatur. Her. Vul=
gi non est innitendum sententiæ.

DE CONFESSIOE.

Thomas & Iodocus.

Recensuisti

Recensuisti ne sacerdoti peccata tua? Io. Nōdū.
Tho. Quādo exequeris istud muneris? Io. Ad-
huc sat restat tēporis. Tho. Peracto aut opere
dulce est quiescere. Io. Etiā ante laborē quies est iucun-
da. Tho. Sed non adeo delectat ut negotio cōfecto. Io.
Assentio. Tho. Ego nunc cōfessum eo. Io. Comitabor
te. Tho. Cui soles delicta enarrare? an plebiano no-
stro? Io. Feci nunq̄, sed semper cupiā monachorū. Tho.
Istud & mihi est moris. Io. Apud illos plus mihi est de-
uotionis. Tho. Et illi ipsi pecuniæ nihil expetunt. Io.
Aliqui eorum tamē acciperent, si daretur. Tho. Times
ne etiā sacerdoti peccata denudare. Io. Metuebā olim
puer, nunc non. Tho. Metum quid tibi incutiebat? Io.
Dicebatur passim, qd' uni a confessore fronti clauus
infingeretur. Tho. Istud et ipse audiui, sed credebā nun-
quā. Io. Cōfiteris tu ex chartula? Tho. Cōfiteor, alias
timor omniū mihi induceret peccatorū obliuionē. Io.
Prohibent tamen istud nonnulli confessionē audientes.
Tho. Timent ne perdatur schedula, uerum eam deinde
illico comburo. Io. Latine ne reddis cōfessionem? Tho.
Non, sed germanice loquor. Io. Confessor quadā uice
nolebat a me Romanum audire sermonē. Tho. Fortassis
pessime intellexit. Io. Certe parum doctus fuit.

DE COENA SUPREMA CHRISTI
cum discipulis & de die Parasceues.

Vincentius & Matthias.

Nunc post tridū Pascha præsto erit. Mat. Ve-
rū, sed illd' tridū nōdū elapsū ē. Vi. Elabetur

D 4

tamen

tamen citius, quam dies esuriales haecenus acti. Mat.
Magis autē et acerbius nunc esuriendum est. Vi. Id re=
fert nihil, carceri incluso egendum esset cibo. Mat. Ibi
necessitas eum urgeret. Vi. Hi dies tres mihi abibunt
pernicissime. Mat. Quo delitio eos transiges? Vi. Spe
uescendi ouis pascalibus (ut uulgo fertur) post ipsos.
Ma. Pulchre dicis, nā spes quāq; leuat aduersa. Vi. Vbi
hodie intereris pedum lotioni? Mat. Cœnobium aliqd
religiosorum accedam. Vin. Quorum? Mat. Incertus
sum, quocunq; uenero. Vin. Expectas aliquem bolum
opiparum? Mat. Vtiq; in quibusdam cœnobijs mensæ
accumbitur. Vin. Cui monasterio soles interesse hoc
die? Mat. Antonio diuo dicatis ædibus. Vin. Ibidem
quid consequeris lucri? Mat. Placentas duas triticeas.
Vin. Accumbit quilibet istuc ueniens mensæ? Mat. As=
sudet, & ante ipsum calix uini ponitur. Vin. Et quot
placētæ? Mat. Cuilibet due, et deinde una inter duos,
de qua rodunt ut sitim excitēt. Vin. Defert quisq; du=
as secum domi? Mat. Quid nī? Vin. Quoties calices
uino replētur? Mat. Tribus (nī fallor) uicibus. Vin. La=
uantur ne ibi pedes? Mat. Religiosis, sed aduenis dex=
tera manus. Vin. Quis Christi munus exequitur? Ma.
Cœnobij Antistes, quē uulgus præceptorem appellat.
uir nostra ætate uerē literarum Meccenas.

¶ De Sumpſitionis Eucharistiæ Præparatione.

Antonius & Michael.

Hoc uesperī, si lubet tibi, unā modice bolū unum
aut alterum edemus. Mi. Edere mihi non licet.

Anto.

An. Es forte cras sacrum Christi corpus māducaturus?
Mi. Ita stat sentētia, si digne possē. An. Bolus ac hau=
stus unus uini te nihil impedit. Mi. Nonnihil edā ne
deficiā corpore. An. Quo modo te parare soles ad Sy=
naxim sumendā? Mi. Vesperī os colluo aqua, et eximo
si quid cibi inhaeret dentibus. An. Præstaret cor ā pec=
candi uoluntate purgare. Mi. Quantum possum, ne id
negligo. An. Ad digne manducandum id confert oppi=
do. Mi. Compertum habeo. An. Difficilimum est uo=
luntatē peccādi radicitus excutere. Mi. Fit facile s̄
Dei precati fuerimus opitulamē. An. Istud sedulo in=
uoco. Mi. Tu confide sacramenti sumptionē tibi salutē
futurā. An. Nosti quid facies, si hostia sūmo adhæserit
palato? Mi. Scio, potu de pono, nō digito detraho. An.
At, quam diu corpus Christi, in nostro manet uentre?
Mi. Quousq; hostiæ materia fuerit decocta. An. Est
ne expuendum illa die in terrā? Mi. Ante cibum sump=
tum uitandum est. An. Licbit tum prandio peracto?
Mi. Concedetur, satius tamen esset (uulgi sententia)
in parietem sputum emittere.

¶ De more post Gymnasia triuialia accedendi
scholas præcelsas, quas Bursas appellant.

Vinandus & Crato.

Preceptor erit nobis in prædio conuiuia. Cra. Vo=
carunt eū parētes tui? Vi. Ego ipsum heri no=
mine parentum inuitaui. Cra. Cuius rei gratia?
Vi. Id homo linguax mox dixisset. Cra. Tu loquace nō
es præstantior. Vi. Expetis scire causam? Cra. Vtiq;

D S cupio

cupio. Vi. Mea fit caussa. Cra. Facile persuadebis mihi.
Vi. Mercedem meae instructionis ei p̄det pater. Cra.
Hoc ipsum oblectabit. Vi. Sed aliud audiet unde dole-
bit. Cra. Loquentur ne ci parentes tui lapides? Vi. Di-
cent me ferulae alterius subducturum manus. Cra. In
quo nā Gymnasio militabis? Vi. Nō in triuiali, sed ubi
studentes agunt nudis capitibus. Cra. In Bursa ne? Vi.
Ibidem scilicet. Cra. Cur nostrā deseris palestram lite-
rariam? Vi. Pudet me grandaeuum assidere tyrunculis
literarijs. Cra. Non puduit tamē Iudeos assidere puero
IESV. Vi. Etiam aetas mea exigit, ut grauiora petam
studia. Cra. Vide ut primā & rudē prius calleas eru-
ditionem. Vi. Si quid meis defuerit rudimentis, tempus
addet. Cra. Sed forsā non omnis schola. Vi. Noli mihi
tutor esse. Cra. Nosti ne, cur gymnasia ista Philoso-
phica Bursae uocentur? Vi. Doceas me, auscultabo.
Cra. Bursa (quod nonnullis crumena est) quia crume-
nam exigunt. Vi. Qui hoc? Cra. Quia gradus inaniā
nominum magno in ipsis ueneunt.

DE DEPONENDIS (VT
aiunt) cornibus beanitatis.

Petrus & Urbanus.

HEUS tu? audisti ne unquā prouerbiū, odit figu-
lus figulum? Vr. Hisce hausi auribus sepiuscu-
le. Pe. Nosti quid uelit? Vr. Noui diutissime.
Pe. Explica ut audiam. Vr. Id est, quisq; artis suae odit
riualem. Pe. Hæc inter deditos literis etiam est simul-
tas? Vr. Est inter studentes et nos, quos beanos uocāt.

Pe.

Pe. Credis ne tu, cornua nos gerere ut ipsi garrunt?
Vr. Ignoro, nam me ipsum non nosco. Pe. Nemo per-
suadebit mihi. Vr. Ipsi tamen dicunt, & olim se ea
habuisse. Pe. Nugantur et nos hircum olere. Vr. Istud
est facilius creditu. Pe. Ais & tu? unde cōiicis? Vr.
Sordenus á frustis panis delinitis, quæ sæpe ad diem in
sinu gessimus. Pe. An, nos liberent ab his duobus uicijs,
dum cornua nobis tollunt? Vr. Sic habet fides ipso-
rum. Pe. Fides ista uanior est mulierum credulitate.
Vr. Ipse fortassis breui experiar. Pe. Tollentur tibi
cornua? Vr. Auferentur, simul & sordicies. Pe. O si
liceret me esse spectatorem. Vr. Ego quoq; spectare
malle quam ferre. Pe. Vidistin quandoq; spectacu-
lum istud? Vr. Nusquam integre. Pe. Tractabunt te
ut asinum inter simias. Vr. Iaciam aleam, non tamen
de capite agitur.

QVODI DIFFICILE ET AMARVM

fit á tepefacto surgere lecto.

Cornelius & Petrus.

AH, si liceret nobis diutius stertere. Pe. Hoc et
ego optarem. Cor. Me sopor oppido adhuc
grauat. Pe. Et mihi oculi sunt constricti.
Cor. Sputo ipsos linas & aperientur. Pe. Incipio
uti uisu. Cor. Sed surgemus ne? Pe. Tuæ subscribam
sententia. Cor. Frigus est acre. Pe. Sensi dum è lodice
extendi manum. Cor. Præstaret nido tepido im-
morari, quàm á cubitu resurgere. Petrus. Probe
mones. Cornelius. Frigus non minus ac culter ledit.
Petrus.

Pe. Istud nasus meus & manus loquuntur. Cor. Patu-
xillulum temporis adhuc sub centone agemus. Pe. Hoc
si tacuisses protulisses. Cor. Interulam & caligas sub
lodicem pone, quo incalescant. Pe. Hac nocte indusio
indormiui. Cor. Nequeo somnum capere, nisi totus me
exuero. Pe. O delicias hominis. Cor. Aiunt inde uer-
mes gigni, si diu noctuq; uestes corpori adhæserint. Pe.
Expers metus illius sum, q̄a sæpe muto lineum indumē-
tum. Cor. Sat nugarum est, surgēdum est tādē. Pe. Hui,
uellem me indutum esse. Cor. Festmemus, nos cingēdo
uestibus. Pe. Age, uter citius erit instructus. Cor. Cali-
gæ me morantur. Pe. Et ego calceos non reperio.

DE PROFECTIONE IN PEREGRI-
næ urbis gymnasium literarium.

Erasmus & Adolphus.

Salue sodalium iucundissime. Ad. Salue et tu quoq;
Eras. Quomodo tibi conuenit cum parentibus
tuis? Ad. Qui istud quæritas? Er. Eo quia ipse
apud meos longius durare neq̄o. Ad. Nolunt te alere?
Eras. Alerent me quidem, sed nunq̄ tranquille. Ad. For-
te plagis te sæpe donant. Eras. Nō, sed me semper in-
scitiæ arguunt. Ad. Vnde ipsi tuæ peritiæ periculum
habēt? Era. Mater æstimat me iuxta inscium manere.
Ad. More andabatarum id fortassis conijcit. Era. Ideo
aliō me conferam ē patria. Ad. Exulabis ne? Eras. In-
uisam quid alijs in urbibus rerum geratur. Ad. Sed fac
ut eruditior redeas. Eras. Omne mouebo saxum. Ad. Id
deceat, nam patriam regredi imperitum, extremum est
uitiorum.

mitiorum. Era. Accinge te, et mecum proficiscere. Ad.
Placeret mihi, si parētibus uisum esset. Era. Nō posses
scio, á matre abesse. Ad. Qui hoc nosti? Era. Nōnunq̃
mammillas te sugere oportet. Ad. Assēm sumerem, et
matris deuocē cōspectum. Eras. Si tibi liberum fue-
rit, hoc uesperī mihi adsis. Ad. Dabis nobis monumē-
tum discessus? Era. Largiar, et cras prima luce, hinc
ancoram soluam. Ad. Præcabor parentes meos, quo cō-
uenire liceat. Era. Istud facito et uenias, bellos homun-
culos agemus. Ad. si per parentes potuero, non emā-
nebo.

¶ Quando quis satis scientiæ habeat, uel sciat.
Ioannes & Iacobus.

Tu ueterane miles assides adhuc libris? Ia. Aliud
nihil agere possum cōmodius. Io. Tranquillam
nunc sumeres uitam, ociando & potando. Ia.
Nulla mihi trāquillior est uita quam literaria. Io. Satis
nunc scientiæ habes. Ia. Scientia uix prioribus labijs
attigi. Io. Nunc tuum ipsius encomium taces. Ia. Lo-
quor quod res est. Io. Tamen omnes tuos cōmitones
peritia excellis. Ia. Facile est amicos præcellere. Io. Si
tua mihi esset cruditio, libros raro salutarem. Ia. Tum
certe tibi ipsi imponeres Io. Nō moror Philosophiæ fa-
stigiū. Ia. Et ego nollē alijs esse imperitior. Io. Præcor
ediffere, quādo quis satis sciētiae habeat. Ia. Quod quæ-
ris, mei ingenij uires excedit. Io. Respondeas saltē, quā-
tum per Mineruam potueris. Ia. Respondeo, qñ nihil
ignorat. Io. Tuo iudicio (ut audio) nullus fieret doctus
Ia.

Ia. Non capio quid uelis. Io. Quia illi qui habentur passim eruditi adhuc multa ignorat, ut artes ipsas manuarias. Ia. Nescire illas literis deditum refert nihil. Io. Speras etiam te olim consecuturum scientiae metam? Ia. Si Nestoris audio sententiam, tunc nunquam. Io. Quid Nestor dixit de scientiarum meta? Ia. Retulit se et senem fieri, et indies prius ignota discere. Io. Quem Plato literatam censuit? Ia. Eum, qui omnium scientiarum esset utcumque gnarus.

DE MORE STANDI AD CYATHOS.

Adrianus et Christophorus.

Quam occupatissimi omnes cras erimus domi nostrae. Chri. Unde istae occupationes? Ad. Per multi apud nos prandebunt. Chri. Facient tui parentes soli sumptum? Adri. Vtique solemus hoc die annuo uicinos excipere conuiuio. Chr. Gentiles Romanos imitamini. Adri. Solebant ne et illi inter se solene ne agitare conuiuium? Adri. Solebant, si Valerio Maximo creditur. Adri. Et quos inuitabant? Chri. Solos amicos. Ad. Apud pocula quid tractabant? Chri. Anni spacio inter se ortam inuidiam leniebant. Ad. Ni fallor et ea gratia nobis mos ille est. Chri. Facile credidero. Ad. Mihi autem cras plus alijs sudandum erit. Chr. Quod tibi comitetur munus? Adri. Alijs accumbentibus standum mihi erit ad cyathos. Ch. Est illud tibi molestum? Ad. Non molestum admodum sed laboriosum. Christ. Conuiuiae tibi interdum calices exorbendos dabunt. Ad. Certe istas delicias non efflagito. Ch. Tamen aliquorum palata

palata iuuant. Ad. Cantharus quo pocula implebo. & patinas tollere, me onerabunt. Ch. Non licebit tibi fesso, alteri tradere in decursu lampadem? Ad. Tum omnes me incusarent desidia. Ch. Simulares te ægro- tare. Ad. Absit istud, quia tunc lautis priuarer bolis. Ch. Minime, nescis delicatoria porrigi ægris.

Q VIBVS VTENDVM VERBIS DVM
uinum foris emptum, mensæ affertur.

Emmericus & Crysantus.

Q Vippiam te rogarem, si scirem non recusa-
turum. Cry. Si potuero, haud difficilis ero.
Em. Poteris facile, si te non grauauerit.
Cry. Grauabit me nequaquã si præstare possum. Em.
Doceas me oro, quibus uerbis uinum afferam mensæ
mercatum uel latum foris. Cry. Nihil ac lubens fece-
ro. Em. Loquere tu ut uinum afferens, ego ac mensæ
accumbens respondebo. Cry. Faciam, tu uide commode
respondeas. Em. Auspicare. Cry. Hoc uini pro fit bi-
bentibus. Em. Et tibi afferenti. Cry. Istud uini biben-
tibus non obsit. Em. Neq; tibi adducenti. Cry. Vinum
quod apporto sit uobis omnibus salutiferum. Em. Et
tibi apportanti salutē prebeat. Cry. Merum hoc quod
foris tuli, fœlix sit uobis potus. Em. Neq; infœlix sit
tibi nuncio. Cry. Hic Bacchicus potus uobis omnibus
fortunatus sit. Em. Talis sit & tibi id nobis precanti.
Cry. Hoc uini Deus salubre faciat. Em. Itidē et tibi red-
dat. Cr. Fœlicissimo omnine hæc Bacchica bibite mune-
ra. Em. Et tu quoq; fœlicis auspicio de ipsis sumito. Cr.

Has

Has uinea dotes opto uobis omnibus secundas. Em :
Gratiam habe, neq; tibi sint minus salutiferae.

DE MODO STERNENDI MENSAM.

Crato & Valterus.

A Vdin tu horologium? Val: Audio, quid inde?
Cra: Scis quota sonat hora? Val: Aestimo nona.
Cra: Si addideris unum uera loqueris. Val:
Sonat decima? Cra: Accelera tu domum uersus. Val:
Tardus non ibo. Cra: Appara mensam ante patris aduen-
tum. Val: Timeo ne tam cito possim. Cra: Veni, iuuabo
te. Val: Ah leua mihi laborem. Cra: Faciam, sed alia
uice & me auxilio afficies. Val: Experieris me dili-
gentiore quam putas. Cra: Linteum quo mensa sternitur,
fcras, ego panem queram. Val: Linteum nondum ab hester-
na coena euacuatum est. Cra: Illico effunde, si quid in-
tus est quisquiliarum. Val: En, feci, mensam sterno. Cr:
Panis nondum est decorticatus. Val: Ego celerrime ip-
sum perpoliam. Cra: Confero me eductum cereuisiam.
Val: Vade uorans uiam. Cra: Rursum praesto sum. Va:
Quodras porrige. Cra: Aereas uel ligneas? Val: Ligne-
as primum. Cra: Circinum in medium mense ponas.
Val: Tu salis sis memor. Cra: Cuilibet quadrae frustum
panis appone. Val: Et tu singulis poculum adde cere-
uisiae. Cra: Quid nunc restat? Val: Calices uini elue.
Cra: Satis mature istud fiet uino allato. Val: Mox ad-
erit qui uinum afferet.

¶ Miserrimum esse in prandium uenire pera-
ta fabula. Balthasar & Liborius.

TU

TV saltas nūc, ego potius flerem. Ly: Fleres forte siccis oculis. Bal: Certe oculis mandentibus. Ly: Non tamen uapulas. Bal: Aliud est quod mihi lachrymas excuteret. Ly: Dum nihil est secreti effare. Bal: Esurie mihi crepitat uenter. Ly: Esuris tu à prādio? Bal: Ieiuni est esurire. Ly: Forte nondum est pransus? Bal: Non tantillum. Ly: Denegabant tibi parentes uictum? Bal: Et à cibo & potu me arcebant. Ly: Grauiter ne eos offendisti? Bal: Nihil commerui, nisi quod mensa sublata domum ueni. Ly: Vbi tam serus fuisti moratus? Bal: Tempora diuersa obambulauit orandi gratia. Ly: Vix tādē religionis tibi esse credo. Bal: Deuotionis nihil mihi uendico. Ly: Sed age, cogitur ille esurire qui post sumptum prandium uenerit? Bal: Aedes nostrae peracta prandij fabula nulli uictū præbēt. Ly: Certe tum post plaudite apud uos uenire miserum est. Bal: Me hodie ueniente domum de prandio conclamatum fuit. Ly: Non rursus tibi sternebatur mensa? Bal: Nequaquam, sed fuste ego sternebar terrā uersus. Ly: Saturaberis etiā inde? Bal: Non in stomacho, sed in corpore plagis. Ly: Ita nollem saturari. Bal: Et ego esurire malo, quā sēpe illo pasci cibo.

DE VVIS CARPENDIS.

Petrus et Cornelius.

NOsti quid sequēti hebdomada nobis incūbit laboris? Cor. Carpenus uuas, ut opinor. Petrus. Lubens faciam. Cor: O quantum uuarum ego deuorabo. Cor: Videndū tamen est, ne earum esus no-

E bis.

bis male cadat. Pe: Qui male caderet? Cor. Multi no-
cte lectum cōcacant. Pe: Noui aliquos qui caligas im-
pleuerunt uentris oleto. Cor: Ego in die saepe exone-
rabo aluum. Pe: Eris tum nocte liber credis? Cor. Spe-
ro. Pe: At in nocte primum fit digestio. Cor: Ego post-
quam cunas deserui, nunquā lectum oleto fœdauī. Pe:
Neq; ipse, ut mater testis est. Cor. Acuisti cultrum tuū?
Pe. Heri subegi in coticula. Cor. Per quot dies carpe-
mus uuas? Pe: Nescio, istud copia uel turba decerpen-
tium admonebit. Cor. Si mensis spacio duraret, non me
grauaret. Pe. Quid ais? omnium rerum est satietas.
Cor. Aliquot uuas celabo sub uestem, & domi deponā.
Pe. Quo? ad arculā tuā? Cor: Sic, et dum cubitum ibo,
semper unam aut alteram edam. Pe: O tu delicati pa-
lati homo. Cor: Patiar tecum, si apud matrem me non
prodes. Pe: Harpocratem agam bellissime. Cor: Quam
diu forte solus fueris. Pe. Silebo bellissime.

DE CERASIS.

Bartholomeus & Egidius.

HO ho, quid ego noui uidi. Egi: Quid? exprime.
Bar: In foro quippiā uidi, quo gaudebam. Egi:
Audiam quid. Bar: Matura cerasa. Egi. Vix
Credo. Bar: Sane erant lignecolo circumligata. Egidius:
Quanti ueniebant? Bar: Ligneolum forte uiginti con-
tinens cerasa, teruntio uendebatur. Egi. Tanti ego non
edam cerasa. Bar. Si mihi nummulus esset, mercarer
illico. Egi: Expecta mox uilius uenient. Bartho. Ex-
pectare uix queo, ita gula mihi prurit. Egi. Eme ipsa
si es

si es in numerato habes. Bar: Cocinamus, rogo, solido
Egi. Fiet posthac, dum minoris uendetur. Bar: Timeo
desinat cerasorum messis, antequam me ipsis exatura
uero. Egi. Metuis ne coelum ruat. Bar: Quam diu cre
dis adhuc erit ipsorum mercatus? Egi: Ad sequimen
sem. Bar. Nunc in coelo sum, interim nummatus eua
dam. Egi. Istud mihi non est sperandum. Bar: Colligis
tu cerasis nucleos? Egi. Conseruo utiq;. Bar: At in
quem usum? an ut par uel impar ludas? Egid. Non,
sed ut ipsos dem praeceptorum. Bar: Locum tibi dicam,
ubi permultos reperies nucleos cerascos. Eg. Vbi nam?
Bar: In oleti reconditorio. Egi. Istic tu eos lege. Bar:
Ego ipsis non cgeo. Egi. Et mihi satis magna illorum
est copia.

DE FABIS, ET CVR SIT PROVER=
bium, Fabis uirentibus furiunt mori.

Franciscus & Augustinus.

Nunc uirent campi, nunc formosissimus annus.
Au: Haud falsa narras. Fra: Segetes nunc ado
lescunt. Au: Mox adoleuerunt. Fra: Vidisti etiã
& fabas uirere? Aug. Vtiq;, ante dies complusculos.
Fran. Sensisti etiam ipsas florere in capite tuo? Aug.
Quomodo fabarum germen caput meum perciperet?
Fran. Miraris hoc? Aug. Admiror maxime, cum in
agris, non meo crescant capite. Fran. Ah, certe uis fa
barum nunq; magis, quam in tuo cerebro oritur. Aug.
Cerebrum meum tamẽ non est satum fabis. Fran: Aeq;
uis ipsarũ ibidẽ residet. Au: Quid uocas uim fabarum?

E 2

Fran.

Fr: Vis earū est obstusum reddere quod tangunt. Au: Forte ingenia eorum qui ipsis uescuntur? Fr: Sic, ideo Pythagoras iussit abstinere ab illis. Au: Vero non dissonat. Fr: Habes compertum, cur dicatur, fabis uidentibus, furere moros? Au: Prouerbiū scio, sed non causam. Fr: Hęc est causa, quia per ipsa infatuata cerebra homines faciunt furere. Au: Tunc eas nunquā degustabo. Fr: Etiam odore perceptæ gestire faciunt moros. Au: Nunc tutus esse nequeo. Fr: Olfactum occlude alterius rei odore. Au: Cuius rei suades? Fr: Olet uetulae aniculæ. Au: Id facito uice mea. Fr: Ipse à moris sum liber. Au: Qui hoc? Fr: Sæpe nauigo Antyciras, & edo nasturtium.

DE MISSA INDIES AVDIENDA.

Bernhardus & Conradus.

Quando è lecto tu te mane proripis? Cō. Statutum mihi tempus non habeo. Ber: Licet tū tibi ad tuū dormire nutum? Con: Hisce diebus, quos sacros habemus. Ber: Transigis tūc cubando longius tempus quā alio die? Con: Etiā, quia plus per scholam uacat. Ber: Matutinis sacrificijs non soles interesse? Con: Soleo, sed non nisi in præcipuis sanctorū festis et summis. Ber: Diebus aut operosis quādo à cubitu surgis? Con: Ad horam quintam. Ber: Inuisis ea hora scholam? Con: Non, sed templum accedo. Ber: In tēplo quid exequeris? Con: Sacrificio missæ intersum. Ber: Quotidie ne audis missam? Con: Indies certe si licet per negotia. Ber: Ego nunquam nisi die festo

sto uel dominico. Con. Ideo etiã in literis nequis pro-
gredi. Ber. Aestimās id esse caussæ? Con. Scio ueracis-
sime. Ber. Vbi nosti? Con. Euangelium dicit, si primum
quæserimus regnum dei, oĩa nos dabuntur. Ber. Non
nullos tũ uidi peritissimos euadere & rarissime ædem
sacrã inuiserunt. Con. Fortuna illorum diu nõ durabit.
Ber. Quantumuis aut sciuerunt, inopes tamẽ usq; man-
sere. Con. Sint tibi exemplo, & tu frequentius ora.
Ber. Faciam, tu tuæ admonitionis gratiã habeas. Con.
Videbis pauxillulo temporis, progressum ubiq; fœli-
ciorem te habiturum. Ber. Parebo tuis iussis.

QVOMODO IUVENIS IN LITERIS
profecturus se gerere debeat.

Albanus & Lycurgus.

S Alue. Ly. Et tu quoq; Al. Negocij quid geris?
Ly. Equidẽ ocium non negotium ago. Al. Tu ra-
rus libros tractas. Ly. Non semper eadem sunt
agenda. Al. Credebã te nihil quã chartas reuoluere.
Ly. Cur id persuasum habuisti? Al. Quia longe præcel-
lis alios peritia. Ly. Scientia non solum legendo acqui-
ritur. Al. Quo tum alio modo? Ly. Etiã præcando et
gratiam diuinam implorando. Al. Tamen raro templis
intersunt feruentes studio. Ly. Mane dum tu stertis in
nido callido, ipsi deo seruiunt. Al. Ego etiam singu-
lis diebus oro, et perlego folia multa. Ly. Labijs forte
murmuras, sed cor aliud uoluit. Al. Et corde oro quã-
tũ cõceditur. Ly. Et orare & studere simul oportet.
Al. Putabam habita gratia diuina labore opus nõ esse?

E 3 Ly.

Ly. Minime, prouerbiū est, cum dijs manum admoue.
Al. Quid illud sibi uult adigium? Ly. Id est, cū gratia
diuina etiā laborandum esse. Al. Post hac igitur feruē-
tius & orabo, & chartis impallescam. Ly. Scientia da-
tur á præceptoribus, á libris, & gratia diuina.

¶ Cur scholastici tam desides sint ad laborem.
Theophilus & Parmeno.

Cur tu ita desides manibus insinuatis? Par. Quid
agerē? The. Admoue manum nostro operi. Par.
Labore non capior, The. Quo tum? delectaris
ne ocio? Par. Sic, potius quā opere. The. Facile mi-
hi persuaseris. Par. Credis ita celerrime? The. Vbi ue-
ra audio, non dubito. Par. Et falsis ego quāq; fidē præ-
beo. The. Cōpertum ne habes, Cur scholastici plus alijs
torpeant? Par. Causam ignoro. The. Ociando torpor
adipiscitur. Par. Torpent interdum & laborantes.
The. Citius tamen ociosi, quia non sunt assueti labore.
Par. Etiam & laboriosi eneruati nonnunquā sudando
The. Torpor præcipue tamē scholasticis adscribitur.
Par. Miror cur fiat? The. Hæc uulgus adhibet causam,
quia in die diui Georgij omnibus priuātur uiribus. Par.
Dum primum in scholam feruntur? at quis ipsis uires
adimeret? The. Aiunt, quod beatus Georgius. Par. Va-
num est, iste scientiæ est præses, non uirium spoliator.
The. Per pollucē me cēsore, secordiæ scholasticæ lōge
alia est caussa. Par. Amabo, dic quæ? The. Assuescunt
mollē ducere pennā, & onera grauiora fugiunt. Par.
Assuefactio efficacissima est, et altera fermē natura.

Quod

¶ Quod promissa stultos exhilarent.

Dauus & Pamphilus.

IPse nunc in portu nauigabo, scis ne? Pam. Mutabitur tecum fortuna? Da. Ita sperare iussus sum. Pam. Caue, uel uide, ne lupo hians deludaris. Da. Ab isto non timeo, nā aurei montes mihi sunt promissi. Pam. Promissi forte, sed nondū prestiti. Da. Tā certus sum ac si accepissem. Pam. Fatue, quid loqueris? Da. Qui mihi promisit homo, fallere nō solet. Pam. Est ipse tibi intus et in cute notus? Da. A pedibus usq; ad uerticem mihi cognitus est. Pam. Spem igitur foueas. Da. Pollicitus ē mihi ultro. Pā. Promissa ultronea sepe nō dātur. Da. Cur minus dātur quā precibus extorsa? Pā. Quia uulgo dicitur, promississe sat est, prestare opus nō est. Da. Spe uiuā, hominē ipsum exploraturus. Pā. Id facito, sed interim eum sepe moneto. Da. Crebrius monere molestū reddit, cui supplicatur. Pā. At ueteri prouerbio, Bona nomina nonnunq̄ fiunt mala, si nunquam interpellas. Da. Dicterio isto quid significatur? Pam. Obluisci nostri, si nunq̄ interloquimur, amicum. Da. Indies conspectui illorum obuersor. Pam. Fias uoti compos, precor. Da. Si promissa factis mihi æquantur, efficiar egregius. Pam. Tum me non agnosces.

DE OMASIS VICINIS DEPOR-

tandis, post bouem mactatum.

Eusebius & Thylmannus.

Quo uadis? Thyl. Hanc patinā latum amicis. Eu. Quid in ipsa geris tecti? Thyl. Quippiā

E 4

opipari.

opipari. Eu Sine aspiciã quid sit. Th. Quid uidere tibi
 proderit? Eu. Forte omasa sunt & farcimina. Th. Ea
 ipsa sunt, aspice. Eu. Feres ipsa una domui. Th. Diui-
 derẽ, quum modica sunt. Eu. Tantum carnis & ego boni
 cõsulerem. Th. Tibi iniurato habeo fidẽ. Eu. Num &
 me intestinorum portiuncula donabis? Th. Si pusillum
 tibi gratum esset, à parentibus bucellã unam uel alte-
 ram intestinorum bouillorum impetrarem tuã gula.
 Eu. Farcimine etiã admodum exiguo me delectare po-
 teris. Th. Non tantum farcimine te donabo sed & o-
 masorum duobus ueribus. Eu. Belle promittis, si præ-
 stares factõ. Th. Ut primum domum rediero, matrem
 rogabo tuo nomine. Eu. Mei gratia nemini sis molestus
 Th. Hoc nõ metuas, adamat oẽs qui mei sunt socij. Eu.
 Si potes ægestati meã subuenias. Th. Faciã, uide ut do-
 mi sis. Eu. Digitulo pulses ianuam, ubi ueneris. Th. Tã
 & actutum aperi. Eu. Confestim aperire soleo affe-
 renti? Th. Vnde percipis pulsantẽ uel afferre uel exi-
 gere. Eu. Per rimulam ianuã uideo, quis homo sit.

DE CONVIVIO OPIPARO ET LAVTO.

Hospes, Conuiuã, & Puer.

Acceptus est mihi uester aduentus. Con. Gratia
 tibi sit, õ hospes. Hos. Perplacet, qd' in tẽpore
 adestis. Con. Gaudemus. Hos. Hybernaculum
 ingrediemini. Con. Non admodum frigemus. Hos. Ae-
 que intus ac hic in frigido eritis. Con. Obsequemur tuis
 iussis. Hos. Si cupitis, feruidius instruetur fornax?
 Con. Non, nã calet temperate. Hos. Ipse nequeo ferre
 dum

dum nimio calore aestuat. Con. Insalubre etiã est. Hos.
Mox erit coquinæ ministra parata, tum edulijs one=
rabimus mēsam. Cō. Nil properes nostra caussa, nō ue=
hemēti præmimur fame. Hos. Ferã bolum aliquē, unde
proccenium facietis. Con. Ab noli, tum prædere cupide
nobis non libebit. Hos. Parebo, lauetis manus, & ac=
cumbite mēse. Con. Discumbe tu prior, ut decet. Hos.
Domi meæ sum, stabo uel assidebo mensæ. Con. Aduē=
nias tamen nobis. Hos. Consecra coenam puer. Pu. Be=
nedicite. Con. Dominus. Pu. Quicquid appositū est &
apponetur, per uerbū dei sanctificetur, in nomine pa=
tris, & filij, & spiritus sancti. Con. Amen. Hos. Nunc
uos amici hæc attingite obsonia et eorū utilitatē boni
cōsulite. Con. Sunt hæc uilia? principis decerēt pati=
nas et conspectum. Hos. Sunt talia, quæ plebeiorū fo=
cus fert, & infimæ fortunæ homines edunt.

DE CONVIVIO TENVI ET TRVGALI.

Hospes, Puer, & Conuiuæ.

Serue curre adductū conuiuas. Pu. Facesse iussurus.
Hos. Dic instructa omnia. Pu. Exequar. Hos.
Et ut maturent gressus. Pu. Iubeo. Hos. Me eos
expectare nuncia. Pu. Faciã. Hos. En mei conuiuæ, gra=
tutor uestro aduentui. Con. Habemus tibi gratiã. Hos.
Cur tam sero adestis? quid uos detinuit? Con. Timui=
mus nondum hic instructum esse prandiū. Hos. Omnia
diu extructa fuere. Con. Tam sero quod adsumus tibi
non tamen displiceat precamur. Hos. Nō sed stomacho
meo amarum fuit. Con. Cur non ientabaris? Hos. Cre=
debam

E S debam

Qui est quæ istas vis?

qui est
999

debam uos semper illico affuturos. Cō: En, iam adsumus ipsi. Hos: Gaudeo, si diutius emansissetis, edissem. Con. Nunc alacrius prædebis nobiscum. Hos: Prædico mei conuiuæ, tenuis hic erit ciborum apparatus. Con: Facile contenti erimus osonijs : non uulturis aut lupi stomachum habemus. Hos: patina oblusculi, et porcina carne uos tractabo. Cō: Nihil super istud expeteremus. Hos: Aqua igitur manus abluite, & quisq; mensæ asideat. Cō: Patiemus ut iubes. Hos: Prælegemus nūc hymnum. Con: Ipsum enarra hospes, nos respondebimus.

DE AVIBVS, COLVMBIS

& piscibus capiendis.
Georgius & Valterus.



Vid negocij tibi sumis à labore literario?
Val: Aues, colūbas et pisces insequor Ge: Insequeris tu ista? nō usq; libris insudas? Val. Nequeo semper incumbere chartis. Ge: Proficies in literis timeo nunq. Val: Auguraberis spero falso. Ge: Memoria teneas quod tibi uaticinor. Val: Elaborabo ne uerax sis. Ge: Vulgatum audisti ne prouerbiū? Val: Quod? Ge: Per auium, piscium et columbarum studia, multa interiisse ingenia. Val: Sæpissime audiui, nō tamen assensi. Ge: Non conuenit simul insequi aues & pisces, ac literas amplecti. Val: Dum ociamur à lectiōibus licebit talia quandoq; agere. Ge. At tu nimis sæpe aues & columbas, raro libros tractas. Val. Hoc me plus delectat. Ge. Verum minus proderit : nauiseas timeo à labore literario. Val. Præfero aucupium, & piscationem

Sab in
Sint
mit
Hoper
Doll

Quia 93a.

piscationem. Ge: Serus ne uide sapias. Va: Satis sapio
mihī, non opto Catonis prudentia. Ge: Viue tuo more,
nolo tibi esse tutor. Val: Non intermitto penitus studi-
um literarum ut tu aestimas. Ge: Animum oportet ha-
beas liberum, non talia cogitantē, si profectum erudi-
tionis desideras. Val: Sentio qd' quicquid ago, cogito
de piscibus. Ge: Literis solum te dedas, & istas desere
nugas. Val: Aegre possum, attamen conabor.

DE BALNEIS INGREDIENDIS.

Petrus & Hermannus.

Vita oles hircum? Her. Arguis me foetoris
beanorum? Pe: Nō beanum te uoco, sed graui-
ter oles. Her: Forte pituita laboras. Pe: Sordes
tanq̄ diu balneis non interfuisses. Her. Balneas ut Sy-
renes fugio. Pe. Male ne tibi cum balneis cōuenit? Her
Scabie infectus sum, ideo uercor conspici nudus. Pet:
Tāto crebrius te ablueres, quo purgaberis. Her. In bal-
neis non omnes purgantur. Pe. Qui nō? Her: Multi in-
gressi mundi, exeunt ulcerosi. Pe: Scabiē tamē plerunq̄;
istic tollunt homines. Her. Credo, sed & deridetur, &
uitatur ab omnibus, scabie cōfectus. Pe: Mallem istud
deridere ferre, qnā semp scabie affligi. Her. Facile cō-
siliūm præbes (sententia Terentij) quia tu cute purus
es. Pe: Consulo tibi, quod et ego agerem. Her: Uercor
apprime conspici scabiosus. Pe: Frontē perfrica, ac mi-
hi in balneum cōgredere, mea crumena. Her: Exolues
tu lotionis meæ symbolū. Pe. Promitto, immunis meo
balneabis ære. Her: Congrediar, posthac & te ab
impendio

impedio balnei habebō liberum. Pe. Id non expecto,
accinge, ut coeamus. Her. Ibo prius domum, indutum
interulam mundam uel lotā. Pe. I proptere, hic in edi-
bus te manebo. Her. Mox adero. Pe. I pegaseo gradu,
& uorans uiam.

DE PESTIS SÆUITIA.

Arnoldus & Theodorus.

Cur iam à patria exulas? The. Patriam non fu-
gio ut aues auernū. Ar. Quomodo istæ auernum
fugiunt? The. Auernus locus est, quē propter
fœtorem nequeunt aues incolere. Ar. Fugis tu etiam
ita nunc solum tuum natale? The. Vtiq;. Ar. Qui fit
istud? Theo. Quia ibi nunc fœtor pestifer imperat.
Ar. Ah, tu perfide. The. Perfidia qd me insimulas? Ar.
Tu peruerse Menalca, qui deseris in miseria patriam.
The. Traherem ibi morā, ubi de meo capite ageretur.
Ar. Amicus in neutra est deserendus fortuna. The. In-
ficias nō eo, tñ sibi ipsi est cauendū. Ar. In amicitia ue-
ra cura propria non est amico præferenda. The. Cre-
do, sed tamen genu cruri proprius est. Ar. Iuuares con-
solando amicos peste infectos. The. Sat isti habent cō-
solatorum ex cucullatis monachis. Ar. Adsunt ibidem
egrotis monachi? The. Ita, ordinis sancti Alexij, non
autem sacerdotes sunt. Ar. Sunt etiam illi infirmis mu-
lieribus præsto? The. Mulieribus adsunt moniales, siue
uirgines uestales. Ar. Sæuit apd' uestrates adeo acriter
pestis? The. Homines indies agminatim moriuntur. Ar.
Quāta funerum indies est turba? The. Nonnunq̄ una
die

die viginti cōdiebantur humo, me præsente. Ar. Miserum & lamentabile est spectaculū, tot sepeliri eodem tempore. The. Extremū tristitiæ est illis, quorū amici animā agunt. Ar. Istud expertus sum, dum mei parentes uita defungebantur. The. In paterno meo solo homines penitus erāt consternati animus. Ar. Quis animo non esset perturbato, dum periculū capitis adest? The. Satius tamen est in culcitra, quam alio mortis genere occumbere. Ar. Vergilius eos uocat terq; quaterq; beatos. Quibus contigit Troiæ ante ora patrum mori. The. Istud est oraculo Apollinis protulit dictum, nam mortem leuat patria et amicorum præsentia.

DE BELLORVM INCOMMODO.

Martinus & Valerius.

Quam misere ista natio est deuastata. Va. Unde ista miseria? Mar. E bellorū tyrannide. Va. Solet bellum tantum asferre ruinae? Mar. Reparat nihil, sed omnia solo aequat. Va. O rem execrabilem. Mar. Ut pacis est quæq; salua reddere, ita belli omnia dissipare. Val. Longe (ut uideo) præstabit pace frui. Mar. Experientia istud persuadet. Val. Fœlices terq; quaterq; qui armis nunq; obruunt. Mar. Bellum agendi quis tamen autor extitit? Val. Nullus, nisi Eumenides & Furia. Mar. Ego aestimo eos esse autores, qui primi belli inuenerunt tormenta. Val. Haud male iudicas. Mar. Sed apud quam nationem illa sunt exorta? Val. Aiunt in Germania. Mar. A nostris Germanis multa mira sunt reperta. Val. Tamen illa tormenta præstaret

præstaret nunquam excogitata. Mar. Res bellica etiã crebro armis & satellitibus, non istis geritur ferocibus instrumētis. Val. Arma & satellites urbem soli non expugnarent. Mar: Obsiderent tamen, et tandem esurie uincerent eam. Val. Forte & ipsi fame compulsi, demum abirent, ante uictoriam.

DE ANNONAE CARITATE.

David & Lucas.

Quid sibi uult macies ista tua? Lu. Quod macer appareo, mirum nõ est. Da. Forte pasceris aride & tenuiter? Lu: Tenacissime alunt me parentes. Da: In rem tuã forte faciunt. Lu. Est illud cõmodum, parce ali? Da. Libris incumbenti nõ conuenit saturitas. Lu. Certe & uenter ieiunus chartis nõ gaudet. Da. Cibus mediocris cõmodat literis dedito. Lu. Eo contentus essem, si daretur. Da: Cur tam modicum tibi præbent cibi? Lu. Ob annonæ caritatem. Da. Est ideo ieiunandum, quia omnia ueneunt care? Lu: Est, egenti pecunia. Da: Nobis adhuc in annum de frugibus prospectum est. Lu: Fœliciores nobis estis. Da: Quanti nunc uenit siligo. Lu: Aureo nummo credo. Da: Tolerandus adhuc est iste mercatus. Lu. Certe non inopibus, sed opulentis. Da: Audiui in Gallia in quadam urbe uendi quinque coronis (ut uocant) aureis. Lu: Hui, mentiris nimium. Da: Inde huc scriptum est. Lu: Per quem? Da: Per filium cuiusdam senatoris huius urbis. Lu: Nollem me istic nunc temporis agere. Da. Et ego letor me istic præsto non esse. Lucas.
Gratia

Gratia Deo, quod hic adhuc asse tollerando uenditur.

¶ Quam delicate in oppidis, & quam misere
ac tenuiter uictitent in agris.

Eobanus & Adolarius.

O Magne Apollo, quam inique inter homines ui-
uitur. Ado: Ut istud cōiicis? Eo: Nam multi de-
licate, aliqui tenuiscule uictitant. Ado: Es tu
expertus fortunam uitæ aliorum? Eo: Res ipsa loqui-
tur passim. Ado: Apertius istud loquere. Eo: Rustici ut
edant, uidistin? Ad: Vidi, pulmentis orde accis pascun-
tur. Eo: Urbani autem utuntur omni ciborum lauiticia.
Ado: Aliqui eorum etiam nudum rodunt panem. Eo:
Quandoq; tamē curant cuticulā & uiuunt genialiter.
Ad: Ut possunt illud, cum es ipsis desit? Eo: Vestes uel
alia oppignorant. Ad: Tum oporteret eos nodos ince-
dere. Eo: Domi se continēt, quousq; redemerint. Ado:
Fortassis accommodatis indumentis utuntur? Eo: Nō-
nunquā certe uel es credito accipiunt, unde redimant
uestes. Ado: Tum uorsuram soluunt. Eo: Quid est uor-
suram soluere? Ado: Est creditorem soluere pecunia
credito accepta ab alio. Eo: Viuitur adeo opipare &
magno in urbibus? Ado: Vtiq; quicquid labore acqui-
ritur, festo die prodigitur. Eo: Quo uictitant deinde
diebus operosis? Ado: Pane et raparū quisquilijs. Eo:
Stulti homines, qui crapula famam emunt. Ad: Ipsi su-
per Chenice non sedent.

¶ Facile emergi eos, qui opulenti sunt.

Matthias et Virgilius.

Subito

Subito iste in uirum euasit. Ver: Dignum non est
 admiratione. Mat. Ego uehementer miror. Ver.
 Ego nihil, quia facile potuit? Mat. Qui facile
 potuit: Ver: Quia opulentus fuit. Mat: Emergunt illi
 omnes qui diuites sunt? Ver: Dubitas? an ne indies istud
 uides? Mat. Pauperibus ut succedit? Ver: Iacent &
 pessundantur ubiq;. Mat. Prospice quid dicas. Ver: Di-
 co Apollinis oraculum. Mat. Non raro pauper in uirum
 euadit egregium, diues semper humi repit. Ver. Raro
 uisum est quod dicis. Mat: Eruditorum turbam &
 classem aspice, omnes ferme inopes fuere. Ver: Adiuti
 tamen aliorum opibus. Mat: Saepè & sibiipsis opitu-
 lantur ingenijs & scientijs. Ver. Per illa ipsis applau-
 ditur ab opulentis. Mat: Phœnice rariorem reperies
 doctum, qui rerum est educatus copia. Ver: Qui illud
 fiat, admiror. Mat: Qui abundant, aestimant se non
 egere doctrina. Ver: Tales cōplures audiui suas iacti-
 tantes opes. Mat: Nōnulli etiam abundantes ære, sci-
 entia nequeunt pollere ob ingenij ruditatem. Ver: Ve-
 re dicis, nam non omnia Dij uni dedere, uni ingenium,
 alteri opes, cæteris formam corporis uenustissimam
 &c. Mat: Tanta uarietate mortales differre uoluit
 uerus ipse Iuppiter.

DE NVPTIIS.

Herebertus & Hylgerus.

AD proximū diē festum indulgebo genio. Hyl.
 Vbi locorū? He: In ædibus nostris. Hyl: Habe-
 bitis aliquid apparatus lautius? He: Conuiuū
 habebimus

Habebimus geniale & lautissimū. Hyl. Tantos cur facietis sumptus? He. Nuptiæ peragentur domi nostræ. Hyl. Inter quos fiet uinculū maritale? He. Inter sororem meam & filium alterius ciuis. Hyl. Sponsus est ne locuples? Her. Nescio, arculā illius nondū explorauī. Hyl. Quantam dotem afferet? Her. Aiunt, duo millia aureorum. Hyl. Ho, ho, satis abundat. Her. Contenta est soror mea dote ista. Hyl. Quantam ipsa afferet? Her. Nescio, mihi non retulerunt parentes. Hyl. Duces tu sponsam? Her. Ad templum ducā, sed non rursus educā. Hyl. Qui tum sunt educturi? uel immorabitur usq; ecclesiæ. Her. Cognati ipsius sponsi, cui in tēplo committetur in manus. Hyl. A prandio habebitis ne choreas? Her. Saltemus mire ad tybiam et tympanum. Hyl. In tanta letitia & mei recorderis. Her. Venias ad nos, impartiam tibi quippiam lauti è sponsa. Hyl. E sponsa nihil cupio. Her. Hem, lapsus sum lingua, è nuptijs dixissem. Hyl. Nasum tuum nosco.

DE VINO DANDO IN ILLIUS

sancti die, cuius nos nomen gerimus.

Nicolaus & Ioannes.

VT præsentem tibi sint nummi, facito. Io. Præsentem quid agam pecunia? Ni. Istud experieris. Io. Quādo experiar? Ni. Die festo illius sancti, cuius nomen refers. Io. An tum plus egebo ære quā nunc? Ni. Sumptū oportet facias. Io. Quas haberem expensas? Ni. Pendes uinū ob tuū nomē, quo isti sancto es cognominis. Io. Spem frustra fouebis. Ni. Recusa-

F res

ves? nonne et ego nomē meum uino celebraui? Io. Potationi ego aut non adfui. Ni. Si presto fuisses, combibisses, nō potuimus te expectare. Io. Iniquū esset me tingere te uino, quum tuū nō degestaui. Ni. Anno ab hinc proximo largius bibe, ubi redierint ferie sancti illius cui nomine ego consono. Io. Incertus sum, an uita superstes manebo. Ni. Dabis unum nec ne? Io. Experiemini, ubi dies illa aduenerit. Io. Memores erimus, nō obliuiscemur. Io. Præter binas uini mensuras dabo nihil. Ni. Sat erit, ultra non postulabimus. Io. Unde exortus sit mos ille, miror maxime. Ni. Ex gentiliū cōsuetudine, qui solebant diem natalem conuiuando celebrare. Io. Verisimile est, nam multa uestigia Ethnicorum nostræ consuetudines referunt.

DE PRIMO SACERDOTIS SACRIFICIO.

Bonifacius & Brictius.

Quando sacris initaberis ordinibus? Bri. Proximo paschate spero. Bo. Est tibi matura ætas. Bri. Ago nūc annū uigesimū quartū. Bo. Ordinibus suscipiendis isti cōueniunt anni. Bri. Aetas mihi tanta est, uerum minor sapiētia. Bo. Addisce tandem spargere nuces, si hactenus puerum egesti. Bri. Ad uires laborabo. Bo. Cēsus quid habes? cuius ope uiues in ordinibus sumptis? Bri. Parētum uiuā prædijs. Bo. Poteris de illorū opibus sacerdotis ducere uitam? Bri. Confido, nam unicus sum filius. Bo. Ipse nollē ordinibus sacris initiari, si sacerdotij nihil mihi esset. Bri. Elemosinarum non sum cupidus. Bo. Etiā præter sacerdotis
uitam

vitam posses patrimonio uti. Bri. Possent, at sacerdos
effici ardeo. Bo. Nunc tēporis miserrimū est sacerdo=
tem esse. Bri. Cur est calamitosum? Bo. Quia passim
odio prosequuntur ab ijs, qui Luthero accedunt. Bri. Ad
si ferent equo animo, magnā accipient mercedē. Bo.
Exploduntur quibusdā in locis, tractāturq; uti Iudei fo=
rent. Bri. Vti omnium rerū est uicisitudo, sic et illud
tandem cessabit. Bo. At fortassis serius quā proderit.

DE EXEQVIIS DEFVNCTO=
rum peragendis.

Bernardus & Leonardus.

Hodie rursus ecclesie nostrae plebcarius messē
suam exercebit. Le. Non est tamen messor uel
agricola. Ber. Plures metunt, qui tamē agricola
non sunt. Le. Nunquam uidi etiā doctum hominem me=
tere. Ber. Aliud mihi significat metere quam tibi. Le.
Quid per ipsum uerbum intelligis? Ber. Metere, id est
cōmodum & lucrum accipere. Le. Melius te nunc ca=
piam loquendo. Ber. Plebcarius noster hodie metet in
altari oblatam pecuniā. Le. Piet hodie tāta immolatio
nummorum? Ber. Exequiae agentur cuidam meorum
cognatorum. Leo. Intereris etiam & tu? Ber. Presto
ero, & cum alijs meos altari offeram nummulos. Le.
Quot nummorū receptum est immolare? Ber. Tres,
in tribus altaribus. Le. Retinet pastor sibi istud soli?
Ber. Cum sacellanis (credo) partitur. Le. Quanti con=
stabit candelarum emptio? Ber. Conducimus eas, &
quantum cōbusserimus cære, tantum exoluimus. Leo.

Præter ista quid plebiario datis? Ber. Incertū est mihi,
sat scio pecuniæ. Le. Ditescere cum oportet. Ber. Nū-
quam aliquē sortis suæ audiui, qui se nō egere diceret.

DE SEPULTURA.

Eberhardus & Lodouicus.

Candelæ per fenestras extensæ, quid portendūt?
Lo. Cadauer hominis ædibus interesse. Eber.
Apud nostrates istud moris non est. Lo. Nullo
signo prætereunti ostenditur in domo defunctum ia-
cere hominem? Eber. ostium patet, et in domo cū can-
delis ardentibus ponitur funus. Lo. Cuiq; nationi suis
est ritus. Eber. Emunt ne omnes istas cādelas quas fe-
nestris extēdunt? Lo. Cōducunt eas non mercātur. Eb.
Quanti? Lo. Quamlibet solido opinor. Eber. Præse-
runtur funeri ad sepulchrum? Lo. Etiā, et accēduntur.
Eber. Sepultura quāti hic cōstat? Lo. Certe maximo
ære. Eber. Dic mihi, cur sepultura sit adeo præciosa.
Lo. Terra cimiterij emenda est, qua corpus conditur.
Eber. Illa á quo uēditur? Lo. Puto á plebiario, uel ædi-
tuo. Eber. Qua frōte audēt terrā uēdere? Lo. Quid ni
auderent? Eber. Ad ipsos non pertinet, cur tum alic-
na uenditant? Lo. Cuius est humus si non ipsorum est?
Eber. In Psalmo scriptum est. Domini est terra et ple-
nitude eius. Lo. Si est Domini, ergo et pastorum, quia
Domini sunt uicarij. Eber. Quod domini est, non ære,
sed præcordijs deuotis impetratur. Lo. Precibus etiam
plebani cimiterium uendunt, sed pecunia addita.

DE ANNO IUBILAE O.

Paschasius

Paschasius & Alexius.

Accingā me hac hyeme profectio*n*i lōgissimā.
Al. Quo diriges gressus? Pa. Romam uersus.
Al. Impetratum forte sacerdotium fertile? Pa.
Minime, sed depositum istic peccata pergā. Al. Depo-
siturus es ibi delicta? Pa. Cōfero spero. Al. Fidem non
habeo. Pa. Non fit tibi uerisimile? Al. Dicis istud tuo
ingenio, uel ab alio relatum habes? Pa. In literis Pon-
tificis Romani ita legi. Al. Quid cōtinebant? Pa. Cui-
libet uerē pœnitenti & Romam hoc anno accedenti,
condonari scelera & pœnam. Al. Istud & in his terris
consequi potes. Pa. Qui hoc fieret? Al. Vbicunq; loco-
rum homo pro suis ingemuerit peccatis, remittuntur
ipsi, ut Euāgelij fides nos instruit. Pa. Si istud in Euan-
gelio promittitur, tum hic domi me cōtinebo et sum-
ptibus parcā. Al. Verum nosti originē anni iubilæi. Pa.
Audiui exortum istum morem celebrandi annum iubi-
leum ā ueteribus Iudæis, apud quos quinquagesimus
quisq; annus sacrosanctus habebatur.

¶ De tēpore quo librorū lectiones auspiciantur.

Gregorius & Ambrosius.

Ho ho. sodales optimi, cor nunc est comedendum
nobis. Am. Deliras ne? Gre. Cur delirarem?
Am. Quod cor esse nobis comedendum dicis, in
nobis inclusum. Gre. Prouerbij uicem habet, significās
contristari. Am. Est nunc mœrendi tempus? Gre. La-
tet uos istd? Am. Ignoramus, fac tu nos certiores. Gre.
Appetit tempus, quod nos ā matre rursus in exilium

uocat. Am. Quo? Gre. Ad peregrinas urbes, nam le-
ctiones auspiciabuntur illico. Am. Alio cōcedes, ne tās
tillum flere soleo. Gre. Sed ego lugeo affatim. Am. An
ob digressum á matre? Gre. Non, sed ob discessum á
lauta culina. Am. Coquinam semper iuxta opiparā nō
optarem. Gre. Alienis in terris est mihi precaria dape
uiuendum. Am. Id dulce est, pati in iuuentute ut in se-
nio abundemus. Gre. Isto pati mallē carere. Am. Hęc
olim dulce & iucundum erit meminisse. Gre. Multum
caseorum, et carnis porcine mecum profecturus dese-
rā. Am. At ego opimam are crumenā malo. Gre. Parce
mihi es prębent parentes. Am. Timent ne prodigas.

DE TEMPORE QVO LECTIONI-
bus librorum Colophon imponitur.

Lutius & Vdalricus

IN articulis quid tecum cōputas adeo sollicitus? Vd.
Dies quot restant ad ferias diui bartholomei. Lu.
Etiam si scires, cōferret ne tibi? Vd. Exhilararer
oppido, si ista adesset feria. Lu. Eloquere cur? ut tibi
cōgratuler. Vd. Ad umbilicum tum ducentur scholę
lectiones. Lu. Optimum esset eas & nostro inherere
ingenio. Vd. Id floccipendo. Lu. Remigrabis tu patriā
uersus? Vd. Nisi aliud literis iusserint parētes, hic non
durabo. Lu. Vestieris recens? Vd. Ista spe uiuo. Lu. Sed
age, libri sunt ne penē finiti? Vdal. Non longe abest
plaudite. Lu. Plaudite quid uocas? Vd. Id est, finis in
quo plaudimus libris. Lu. Audiuisti unquam caussam,
cur pulsemus libris, dū sunt perlecti? Vd. Facile liceat
conijcere

conijcere quæ sit. Lu. Cōiectura ego nequeo assequi.
Vd. Ex more lusus comœdiarum credo ortum. Lu. In
ludo comœdiarum quid fieri solet? Vd. In fine com-
ploditur manibus. Lu. Vis conferre scholæ lectiones
ludo comœdiarum? Vd. Quid ni? lectores sunt actō-
res, nos spectatores, libri uero comœdiæ. Lu. Hacten-
us credidi per librorum ad caput allisionem cerebro
scientiam imprimi. Vd. Ah, nimium delirasti.

DE EBRIETATE VITANDA.

Demea & Helluo.

Pudet ne te hominem inebriari, et in bestia dege-
nerare mores? Hel. Pudet utiq; sed uitare ne-
queo. De. Mirum esset, si cauere nō posses. Hel.
Per Pollucem non queo. De. Auscultare si uelis, doce-
rem te uitandi modum. Hel. Age, parebo. De. Fugias
haustus ingentes. Hel. Vix potero. De. Nequis istud,
saltem paucos bibas. Hel. Pauci exorpti calices non
opprimunt (credis) hominem? De. Haud facile,
nisi immodicum contineant potus. Hel. Quot oya-
thos mihi permittis exiccandos? De. Ternarium ca-
ueas transgredi. Hel. Tui, nimium palatum meum frau-
dere conaris. De. Audisti unquam uerbum (ni fallor)
Thaletis philosophi? Primam crateram ad sitim, se-
cundam ad hilaritatem, tertiam ad uoluptatem, quar-
tam ad insaniam pertinere. Hel. Antiqui abeant, se-
quemur tempora nostra. De. Si á mea aberraueris
sententia, bestiam indues. Hel. Fierem ob id bestia,
F 4 si potu

si potu maderem? De. Moribus non hominem, sed be-
stia præ te ferres. Hel. Ah, tace, probi sunt homines, q
inebriantur. De. Habetur isti probi? quo autore? Hel.
Vulgo ipso, qd' dicit, scelestos nõ audere potu maderere.
De. Ita aiunt populares, nõ tñ nimium et ebrios laudant.
He. Tamẽ ipsis delectantur, et ab eis risum captant.

¶ De cereis gerendis in festo purificationis Mariæ.
Theophilus & Germanus.

Q Vo te confers? Ger. Forũ uersus. The. Ob-
sonatũ ne? Ger. Non. The. Executũ aliquid
negotij? Ger. Mercatum candelam ceream.
The. At in quem usum? Ger. Ut cras eam in templo fe-
rã. The. Adulterorum est cãdelas ferre. Ger. Alio mo-
do autem, lapidibus additis. The. Quantũ emes cereũ?
Ger. Vnius talenti. The. Sufficeret senilibræ. Ger. In-
ter alios puderet me minutiorcm gerere cãdelã. The.
Ut audio tua candela uideri cupis. Ger. Cupio, sed ad
honorem Mariæ uirginis, non meum. The. Plus placet
Deo cor humile, quã celebris pãpa. Ger. Animo pio
in deum facio, quicquid agam. Theo. In manibus ego
tenebo candelam sepatiam, nõ ceream. Ger. Nulla so-
let deferri, nisi cerea, sed prouerbium est: pauperes et
uilia offerunt. Verum solido mercaberis cereũ lumen.
The. Locupletius orabo Mariæ uirgini. Ger. Attamen
consuetudini nõ satages. The. Malo placere deo, quã
hominibus. Ger. Platonis tamen uerbum est, oportere
placere hominibus. The. At contra diui Pauli uerbum
est, si hominibus placere. Christi seruus non esse. The.
Istud

Istud intelligitur in factis malis non bonis.

¶ De fertis in die celebri ferendis.

Kilianus & Marcus.

Ancillæ uestræ quid à prandio agent? Mar.
Quare sciscitaris? Ki. Est cur queram. Mar.
Audiam, tum respondebo. Ki. Capitis fertum
mihi concinnarent. Mar. In foro uenustius emes. Ki.
Mercari non soleo nugas istas. Mar. Et nos rosas tibi
non donabimus nihilo. Ki. Sat florum tamen uobis in
horto sunt, qui pereunt. Mar. Isti mihi hac æstate uix
coronas præbebunt. Ki. Vna uestrarum ancillarum
mihi fertum debet? Mar. Debet, dic unde? Ki. Ex pro-
missio mihi facto. Mar. Sufficit promisisse, reddere non
oportet. Ki. Si nequeo rosaceum fertum consequi, ex
frondibus unum cõficiam. Mar. Receptum non est, tales
gerere coronas. Ki. morem ipse mihi ita faciam. Mar.
Noui moris autor exhibitur passim. Ki. Spero quod
ancilla uestra me non deseret. Mar. Faciam ut te do-
net rosis, tu deinde fertum connecte. Ki. Aut unum in
foro mercabor. Mar. Solido ibidem emes. Ki. Tribus
nummis comparabo mihi sat pulchrum. Mar. Labo-
rabo quo te uenustius habeam. Ki. Non pudet me in
talibus nugis superari. Mar. Ego malo pulchrior, quã
deformior conspici.

¶ De conuiuio inter cereuisiæ baratra celebrando.

Strophilus & Lyconides.

Saluis sis sodalium meorum optime. Ly. Quid adeo
blande me appellas? Stro. Quia diu mihi uisus

F S non

non es. Ly. Neq; tu mihi. Str. Latuisti semper domi in-
star testudinis? Ly. Domi raro fui, semper foris nego-
tia parentum executus sum. Str. Tanto in tēpore cur
me non salutasti? Ly. Licuit mihi nunquā per occupa-
tiones. Str. Resarciemus ne intermissam amicitiam &
sodalitatem? Ly. Ad tuum nutū obsequar. Str. Id ego
ferrem consiliū, ut cōpotaremus pauxillum. Ly. Re-
nitar nihil. Str. Potatoriā ne domum aliquā nosti? Ly.
Rarus soleo esse aliorum cōpotor, quod tabernas ne-
scio. Str. Mihi est compertum, ubi bibuli scholastici
latere solent. Ly. Forte & frequens ipsis ades. Str. In-
terdum cum per crumenam licet. Ly. Non te immu-
nem poculis tingunt? Str. Pari asse impendium soluo.
Ly. Nō donarent te pauperem symbolo? Str. Vis scire,
ubi sit situm diuerticulum nostrum cereuisiarium? Ly.
Percupio. Str. In platea (quam uocant) ouium. Ly.
Tranquillum & solitarium locum elegistis. Str. Late-
bris solemus gaudere. Ly. Id prudentiæ est. Str. Con-
cedamus istuc, uisum an aliquot nostrum ibi pocula
tractent. Ly. Congredior.

DE CONVIVIO VICISSITVDINARIO,
quod sacerdotes inter se agunt.

Burchardus & Conradus.

DOmi uestræ cur adeo lautus instruitur focus?
Con. Cōuiuū nobiscum agetur festiuum. Bur.
Quale n. m. crit illud? Con. Nequeo latine red-
dere. Bur. Effare ut potes. Con. Canonici inter se
conuiuium agunt, quod á seruo capitis uocitant. Bur.
Scio,

Scio, conuiuium uicissitudinarium latine dices. Con.
Quare? Bur. Quia per uices nunc ab hoc, non ab illo
sumptus ipsius fiunt. Con. Verum est, alternatim faciunt
impendia. Bur. Fiet istud nunc ære tui domini.
Con. Fict, quia ordine sequitur eum, qui ultimo expensas
dedit. Bur. Quanti constabit credis prandium istud. Con.
Insument forte decem aureos nummos. Bur. Hui tanti?
Con. Et alij suo tempore non minus in obsonijs exponunt.
Bur. Exporrigunt etiam frontem basilice? Con. Omnibus
numeris sese exhilarant. Bur. Edunt etiam carnes ueru
paratas. Con. Carnem elixam ac assam simul, & uinum
hornum & binum. Bur. Quam crebro istud conuiuium agunt.
Con. Ni fallor quolibet mense. Bur. Quisq; forte semel est
conuiuator? Con. Toties, quoties numero succedit.

CVR CONVIVIUM ISTVD INSTITUTE-
runt sacerdotes uel alij.

Zaccharias & Ferdinandus.

Prouerbiū uulgo est, Nihil sine causa. Fer. Quid
tum? Za. Hoc mihi probatur maxime. Fer. Etiam
si detestari uelles, salua fronte nō posses. Za.
Conuiuij uicissitudinarij precor causam profer. Fer.
Vnde radices ceperit facile est cognitu. Za. Mihi est
quā ignotissimum. Fer. In conuiujs sancitur amicitia,
nonne? Za. Hercule non dissentio. Fer. Et sancitur so-
lidius, sæpius inuicem conuiuando. Za. Esset inde uic-
cissitudo illa conuiuij nata? Fer. Persuasum ita habeo.
Zaccha.

Za. Vix mihi persuaseris. Fer. Es adeo incredulus. Za. Ad istud dictum difficilis sum fide. Fer. Scrupulum in eo quem habeas, cedo. Za. Scio, Vulgus amicitias utilitate probat. Fer. Horatius in Odis refert. Za. Est, Horatij uerbum, sed & uulgi probatum calculo. Fer. Non inficiabor istum diligere, unde comodum datur. Za. Sed conuiuium illud incomodat conuiuatori, ideo non est ob amicitiam natum. Fer. Canonici opulenti amicitiam non commodo, sed corde pensitant. Za. Malunt tamen accipere quam præbere. Fer. Dando etiam non sunt difficiles.

EXEMPLO SACERDOTVM ETIAM.

conuiuiorum incunt circulum.

Gerardus & Henricus.

Seniorum uita, audiui quondã, est iuniorum instructio. Hen. Debet esse, si fuerit bona. Ger. Sin aut fuerit mala, quid tum fiet? Hen. Non erit imitanda. Ger. Vicissitudo conuiuiorũ frequens sacerdotibus, est ne sequenda? Hen. Est sed opulētis. Ger. Nobis ne fugiendas? Hen. Inopia nostra satis docet. Ger. Pulchrũ tamen esset inter nos orbẽ agi cõuiuiorũ. Hen. Quã pulchrum fuerit ignoro, parũ quæstuosum certe. Ger. Nescis ob sumptum pulchra non intermittenda? Hen. Fateor, pulchra et honesta. Ger. Nõ indecorum est, inuicem potitare modice. Hen. Sed nequimus abstinere, ubi amplexi fuerimus pocula. Ger. Cessabimus una aut altera epota mēsurā. Hen. Tũ unusquisq; uix labia humectaret. Ger. Incamus precor fœdus agendi inter nos
mutuas

mutuas interdum comptiones. Hen. At quis sumptus
feret? Ge. Vicissim omnes. Hen. Quantum impendet
potationis princeps? Ge. Exiguum, nam præter ce-
reuisiam & bolum panis (nisi liberalior fuerit) dabit
nihil. Her. Si uinum appetere, unde istud compa-
raretur. Ge. Quisq; suo apponeret nomine. Hen. Nunc
consentio.

DE MORIBVS MENSÆ.

Iulius & Morus

IVenem nihil tam exornat quàm ingenui mores,
dixit hodie præceptor noster. Mo. E tripode lo-
cutus est. Iu. Haftenus credidi plus scientiã nos de-
corare. Mo. Toto cœlo aberrasti. Iu. Pluris tñ constat
scientia quàm uirtus. Mo. Nonnunquã scientia facilius
adipiscitur. Iu. Sed sine moribus probis sciẽtia nihil ha-
ber laudis. Mo. Nescius sum istius. Iu. Quãtumuis peri-
tus sit, si moribus uacauerit cãdidis, nihili homo erit.
Mo. Tanti ne fiunt mores? Iu. Aestimantur magni ubi-
uis locorum, maxime tamen ad mensam. Mo. Ad lances
ego frontem perfrico, morum omniũ ignarus. Iu. Non
pudet te absq; fronte esse hominem. Mo. Prouerbum
uulgi sequor, ad mensam uerecundari decere neminẽ.
Iu. Non satis intelligo dicterium illud, quid sibi uelit
tu apertius dicas. Mo. Neminem à cibus debere absti-
nere. Iu. Iuxta tamen mores seruandi. Mo. Admones me
haftenus ignoti. Iu. Nusquã magis, quàm ad mensam
rusticitas aduertitur hominis. Mo. Est ne adeo facile
ad mensam delinquere? Iu. Facillime, si uel indecore.
biberis

biberis, comederis, uel cibum attigeris. Mo. Posthac me
instar assidentium gerā, ne quid cōmitam indignum.

DE FERIIS DIVI BLASII.

Oswaldus & Paschasius.

IN quem usum paras cuspidem illam? Pa. Quasi tu
nescires. Os. Qui ego scirem tua negotia? Pa. Id
quod molior commune hic locorum est. Os. Age
et me istius certiorē redde. Pa. Crastino die oculis cer-
nes. Os. Spectaculū forte aliquod erit? Pa. Spectaculū
erit non ludi, sed cursus. Os. Qui currēt, et quorsum? Pa.
Receptum est, pueros cras ostiatim cursitare. Os.
Quid ostiatim petent? Pa. Aliquid muneris in diui
Blasij nomine. Os. Et quid precantibus erogatur? Pa.
Frustum carnis suillae uel panis triticeus unius teruntij.
Os. Unde natus est mos iste? Pa. Fugit me per Hercu-
lem. Os. Conijcio eius originem. Pa. Enarra unde aesti-
mas? Os. In templo memini me uidisse diui Blasij simu-
lachrum. Pa. At qua effigie uel forma? Os. Habens ca-
put porcinū baculo infixū. Pa. Ista est uerisimilis cō-
iectura. Os. Ipse credo inde esse ortum morem quem
dicas. Pa. Origo sit quaecunq; ego praedam me factu-
rum spero.

DE ELOQVENTIA ET BARBARIE.

Quirinus & Romulus.

Mirum est, quātū loquendo discrepāt homines.
Ro. Quomodo dissonant? Qu. Unus culte,
alius foetide latine loquitur. Ro. Unde ista
fermonis diuersitas? Qui. A uario praceptorū genere.
Romus.

Ro. Non sunt praeceptores eiusdem farinae? Qu. Ab
inter coruum et cygnum colore plus conuenit quam inter
praeceptores literarios. Ro. In quo dissimiles sunt? Qui.
In eruditione: peritus est unus, alter amusus. Ro. Prae-
ceptor indoctus esse nequit si instruit. Qui. Magistratum
praeceptoris multi gerunt, sed prouinciae non satagunt. Ro.
Oes discipulos docent. Qui. Docere uarium est. Ro.
Quomodo est uarium? Qui. Aliqui docent uana, inutilia
et auditu iniucunda. Ro. Quae uocas iniucunda audi-
tu? Qui. Latinum impolitum, forte in aliqua coquorum
officina effictum. Ro. Talem sermonem nullus docet di-
scipulos. Qui. Ah nunc mihi cerebrum excutis. Ro. Lo-
quor, ut qui ignorat. Qui. De te uere iudicas. Ro. Do-
ceas tamen quid barbaries sit et quid eloquentia. Qui.
Barbaries est sermo, inculta habens uerba, et impolitam
compositionem. Ro. Quid eloquentia? Qui. Est sermo or-
natum habens tum uerbis tum compositione.

AN OMNE PERDATVR TEMPVS

quod studio non impartitur, ut dixit Plinius.

Stephanus et Theodorus.

Historici, admiror an semper uera asserant. Theo.
Istud credendum audaci animo. Ste. Tamen Graeci a multis mendacii arguuntur in historijs. The.
Latinorum ego tutelam gero. Ste. Plinij iunioris uer-
bum fuit, id perire temporis, quod studio uacaret lite-
rario: credis tu illud? The. Non credere experior indies.
Ste. Aliud agendo nonne etiam bene collocant tempus ho-
mines? The. Audi quid operis putes? Ste. Potitudo,
edendo

edendo, & uentrē iuuando. The. Hoc aliud est nihil,
quám tempus perdere. Ste. Tamen inde cōmodum se-
quitur corpori. The. Sed interim negligitur anīa, quæ
est nobilior. Ste. Qui manibus laborant artifices per-
dunt isti etiā tēpus? The. Id non reor. Ste. Tñ Plinius
istud uidetur uelle. The. Plinius de literis deditis loquitur
Ste. Literarum alumni, nequeunt semper incumbere
chartis. The. Dic, quare nō? Ste. Dicā, Plinius secun-
dus in epistolis dicit de Plinio iuniori, quod tempus bal-
neo eximebat studio, ergo & illud perdidit. The. Van-
ne loqueris, & si libros non tractabat, tñ semper de
suis meditabatur scientijs. Ste. Forte dicere uis, istud
bene collocari tempus, quod in libris uel colloquijs de
scientia teritur. The. Rem ipsam tenes.

CVM AETATE ESSE SAPIENDVM.

Anthonijs & Burchardus.

Non pudet te adultum ita gerere? Bur. Qui
ago? An. Instar pueri. Bur. Das id mihi uicio?
An. Quis uitio tibi nō ascriberet? Bur. Nescis,
memo ubiq; iuxta sapit. An. Scio dulce esse qñq; desipere
in loco. Bur. Cur tum me increpas? An. Tu nunquam
non desipis. Bur. Ut sapiā me instrue. An. Si audire me
uelis. Bur. Auscultabo. An. Duo sunt sapientiæ præce-
pta. Bur. Quæ illa sunt? An. Primū est, posse tacere.
Bur. Alterum quod est? An. Discere quid sit loquendū.
Bur. Ista memoriæ recondam. An. Sed scis quando uel
ubi sit tacendum? Bur. Non, et id doceas me. An. Ta-
cendū est, ubi taciturnitas plus cōfert quā loquacitas.
Bur.

Bur: Istud præscire quis potest? An: Præmeditandum
istud est, antequam lingua moueatur. Bur: Quando lo=
quendum est? An: Dum taciturnitas est obfutura. Bur:
Obest ne aliquando silere? An: Nescis Amyclas tacen=
do perijisse. Bur: A quo discam quid loquendum sit?
An: Sapientum aduerte uerba, & plus audias quam
loquere. Bur: Vix illa tenere potuero. An: In mente
habeas præceptum Periandri Corinthij, quod medita=
tio totum continet. Bur: Posthac nõ hiscam, nisi enixe
præmeditatus sim, quò uerba uergant.

¶ De nouis indumentis colloquuntur.
Carolus & Daniel.

Hodie me noscis, cras non agnosces. Da: Muta=
beris in aliud animal? Ca: Non, sed alio modo
totus uariabor. Da: Forte incãt amētis. Ca: Nõ,
sed uestitu nouo. Da: Vestieris recens? Ca: Vtiq; nouus
à talis usq; ad uerticē. Da: Tuo ære, uel parentum? Ca:
Parentum, non meo sumptu. Da: Quid es meritis? Ca:
Diu est quod polliciti sunt mihi. Da: Cuius gratia? Ca:
Si uiderint me in literis progredi. Da: Certe tui profe=
ctus sunt auidi. Ca: Commodum meum plus quã ego
anhelant. Da: Ista uera est parentum pietas. Ca: Labo=
rabo omni conatu, ut talis efficiar, qualē me cupiūt ip=
si. Da: Nunc tempus esset, ut nuces spargeret. Ca: Cum
isto recenti amictu feruidior siã literarum alūnus. Da:
Faxit id magnus Apollo. Ca: Ludibrio tu habes quæ di=
co, sed meliora præstiturum me uidebis. Da: Vt primū
uidero credã. Ca: Ignoras muneribus illectari iuuenes

G ad

ad studia. Da. Horatij ista sententia est. Ca. Non secus
ac ego nouis uestibus donatus, discēdo feruescam. Da.
Ardor ille uereor peribit propediem. Ca. Id Dij auer-
tant. Da. Ero tibi augur, uestibus ueterascentibus, exa-
rescet et in te discēdi cupiditas. Ca. Hoc in plerisq; ac-
cidit, sed in me locū nō habebit, id exitus ostendet. Da.
Si perduraueris diligētia, eris mihi magnus Apollo.

¶ Tractare dicunt fabrilia fabros.

Eberhardus & fabritius.

Quæ cōuiuij uestri fuerunt colloquia? Fa. Ta-
lia, qualcs fuere hospites. Eber. Cuius tū fa-
rimæ isti erant? Fa. Negotiatores & merca-
tores ac fœneratores. Eber. Ii quid inuicē nugabantur?
Fa. De fœnore quod exercēt. Eber. Sperāt nunc qua-
stum aliquem? Fa. Spe lucri iam fouentur. Eber. Sed
qua re lucrum facient nunc tēporis. Fa. Annonam ue-
nundando. Eber. Frugum uenditio nunc tēpestiua est.
Fa. Id & ipsi norunt, quia preciose uenit. Eber. Huius
pereant cum eorum auiditate illi hominum et paupe-
rum tortores. Fa. Faxit deus ut mercatus annonæ uili-
or fiat. Eber. Vereor, ante proximum messē uilius
non uendetur frumentum. Fa. Fidendum est deo, qui om-
nia uertere potest. Eber. Ferēdum adhuc esset, si nō ca-
rior fieret emptio frugum. Fa. Id dij prohibeant. Eber.
Non alij adfuere cōuiuæ? Fa. Præsto crāt et sacerdo-
tes nōnulli. Eb. An isti, qui mercede cōducti missas ce-
lebrāt, quos præsentionarios uulgus uocat? Fa. Eius-
modi erant sacrificuli. Eber. Qualis ipsis fuit sermo?
Fabri.

Fa. Nusquam iam, uel raro, defunctis exequias fieri.
Eb. Quid causæ putabāt esse? Fa. Quod Luthero ac-
cederēt homines. Eb. Altera et hæc est ratio, quod egēt
plēriq̄. Fa. Certum est, egestate ubiq̄ laboratur.

¶ Ad mensam læta et non tristia debere esse
colloquia. Hero & Iulianus.

A Beant uerba illa. Iu. Quare? He. Tristia sunt,
quæ huic loco & tempori non cōueniunt. Iu.
Quæ tum uerba hic apta erunt? He. Dulcia
et iucūda dictēria. Iu. Quis hic est, qui aliquod scom-
ma pferet? He. Sales dicātur inter nos uicissim. Iu. Cu-
ius erit auspiciari? He. Hospitis istud est munus. Iu. Pla-
cet, deinde et proprius assidentes aliquid ioci afferent:
He. Vel si uisum est hospiti, sortiēmur quis incipiat. Iu.
Incipere ipse esse instructus. He. Lepidi igitur aliquid
recēse. Iu. Sed sileāt prius oēs. He. Tenebimus ora in-
tenti oēs, ut inq̄t Virgilius. Iu. Prouerbiū est et multo-
rum in ore, ad mensam sedendo iuuenescere homines.
id ne uobis uerisimile uidetur? He. Fertur, sed certum
est quod false. Iu. Cur fictū esse creditis? He. Quia tē-
pore senescimus, ubicūq̄; locorū simus. Iu. Diffiteri ne-
queo, attamen ad mensam iuuenescimus. He. Cōsonum
uero nō credimus esse. Iu. Aduertite, uobis persuadebo.
He. Age facias, & Phyllida solus habebis. Iu. Sentētia
Horatij est, uinum hominē reddere iuuenem. He. Acq̄;
tamē senes manent ebrij. Iu. Fiunt iuuenes animo &
hilaritate. He. Id uerum est, quia uinum curas abigit.
Iu. Et iuuenū est curis uacare. He. Ipsi nō curāt, quāti

annona ueneat. Iu: Ideo ad mensam finite & nos iuue-
nescere largius bibendo.

¶ Ante & post cibum hymnum esse dicendum.

Lucanus & Mauritius.

Homines sitis an bestiae, dubito. Mau: Formam
nostram aspice. Lu: Species est humana, sed ui-
ta nō. Mau: Viuimus tum bruta? Lu: Agitis mo-
res beluinos. Mau: Hui, bona uerba. Lu: Porcorum est
edere, nullis precibus dictis. Mau: Oraremus usq;? Lu:
Decet hominē orando cibum adire & deserere. Mau:
In aede sacra sat praecum diximus. Lu: Fortassis ibidem
fabulis transegistis tempus. Mau: Confabulari illic nō
solemus. Lu: Etiam non ad Deum preces funditis scio.
Mau: Obseruasti tu in templo quid ageremus? Lu: Sa-
penumero. Mau: Tecum habita, si nos mordere inten-
dis. Lu: Reprehendite uos et me, si quid scitis male per
me gestum. Mau: Sapientiores sumus, quā quod litem
auspicaremur. Lu: Oretis, deinde cibo fruamini. Mau:
Omitteremus posthac nunquā preces ad cibum solitas.
Lu: Nihil inciuilius est quā hominem edere sine hym-
no dicto, cum id Christus fecerit. Mau: Obliuiscimur
quandoq; aliarum dum sumus solliciti rerum. Lu: Solli-
citus nunq̄ sum adeo, ut Dei obliuiscar. Mau: Foelix
qui istam habeas gratiā. Lu: Precantibus ad mensam,
uictus suppeditatur á Deo. Mau: Facile credimus. Lu:
Facite igitur ut hoc praeccepto mei semper sitis memo-
res. Mau: Fiet, tibi gratiam habemus.

DE CAPITE APERIENDO.

Nestor

Nestor sapiens & Othmarus.

Rustice, ubi egisti uitam? an inter bestias? Oth.
Mibi cum beluis nō conuenit. Ne. Plus cum be-
stijs quā hominib. tibi est similitudo. Oth. Caus-
sam indica. Ne. Apud honestos uiros sine moribus es.
Oth. Mores quos haberē? Ne. Honestiori te, aperien-
do caput loquereris. Oth. Caput aperire crebro mole-
stum est. Ne. Optime decet, quia datur uirtuti. Oth. At
caput nudum frigus mordet. Ne. Quātumuis acre sit
frigus, nequit cito ledere caput detectū. Oth. Ipse do-
leo capite, dum frigus sentio. Ne. Nihil plus decorat iu-
uenem quā dignioribus adesse nō operto capite. Oth.
Admiror, nihil tñ prodest illis quibus illud fit. Ne. Ho-
nor non accipientiū, sed exhibentiū est. Oth. Vt audio
honor est meus, nō quibus ipsum facio. Ne. Sentis ue-
raciter. Oth. Si præsciuissē, aperuissē caput crebri-
us. Ne. Ingenium indicant mores adolescentis. Oth.
Tum facillime moratus efficiar. Ne. Audisti unquā Ro-
manorum morē de capite nutando? Oth. Non, recēse-
tu mihi. Ne. Lex erat apud eos, quod capite plectere-
tur qui seniore prætiret coopertis capillis. Oth.
Nollem tunc temporis apud illos me uixisse. Ne. Ipse
si ibidem uitam egissem, nunquam operimento uerticis
fuissem usus. Oth. Istud & ego non omissem.

DE FERTILI SACERDOTIO.

Paris & Quirinus.

AD uitam agendam sat mihi nunc est cōmeatus.
Qui. Gratiam Deo habeas. Pa. Sed nosti ne,
unde

G 3

unde uictitabo? Qui. Tu me certiore redde. Pa. Optimum mihi est sacerdotium. Qu. Tale et mihi esse uelle. Pa. Piscare undiq; forte reperies simile meo. Qu. Aureo hamo careo. Pa. Argenteum ut habeas hamum oportet. Qui. Fortassis et tibi ere adeptum est sacerdotium. Pa. Crede mihi non inani ipsum sum nactus manu. Qui. Id tibi iniurato credo. Pa. Pedit mihi singulis annis centum aureos nummos. Qui. Sufficit, et tibi, et Nymphæ, quæ ales. Pa. Puellam educabo nullam, sed parentibus comorabor. Qui. Sapiens in rem tuam, si feceris. Pa. Graue esset me, et domum, et ancillam et coquinam fouere. Qui. Dicto citius multum prodigitur. Pa. Parentibus uiuis impedijis largis parcam. Qui. Viaticum ad senium tibi compara. Pa. Vellem et tibi esse secundum sacerdotium. Qu. Ipse quoq; percuperem. Pa. Reperies aliquos pios, qui tui miserebuntur. Qui. O uitanam, quam gratus esse uellem. Pa. Suborna amicos, qui pro te diuites precentur. Qui. Tentare sedulo si profuturum scirem. Pa. Periculum faciendum quippiam cupienti. Qui. Verum est, audaces fortuna iuuat. Et desidenti (ut uulgo fertur) assa non aduolat columba.

¶ De officio mechanico addiscendo.

Romulus et Scipio.

Nunc temporis nouus mos inoleuit. Sci. Quenam morum putas? Ro. Quod a plerisque litere deseruntur. Sci. Quid tum susceperunt? Ro. Manibus operando uictitant. Sci. Poenitebit ipsos olim. Ro. Quid quam multis prædixi, sed lapidi loquebar, et mor-

quo *roba* feci. Sci: Sapiens nimis sero. Ro. Laboriosos
dies non diu tollerabunt. Sci: Gustata laboris amaritu-
dine ad literas recurrent. Ro. Regredi ipsis nō licebit
ad deserta studia. Sci. Reditū quid morabitur? Ro. Pa-
rētes et aliorū hominum nasi suspētio. Sci. Satis amarū
est ciconia affici & depingi. Ro. Quid agent credis,
postquā eos laboris teduerit? Sci: Crumenas amputa-
bunt, et iugulabūt hoīes. Ro: Belloꝝ satellites fiēt etiā
strenui. Sci. Fieri pōt, nā et animā & uitā uenum ha-
bent. Ro: Monachorum et quorundā diuitem admiror
dementiā. Sci: Ah, admirari desine, nequeunt opiparos
ferre dies. Ro: Stolidi qui luxuriosā uitā cōmutant mi-
seria. Sci. Ignoras? Optat ephippia bos piger, optat
arare caballus. Ro. Horatius isto uerbo qđ dicere uo-
lebat. Sci. Quēq; suae sortis pœnitere, optare alienā.

¶ Eos raro probos fieri, quibus in teneris
parentes nimium indulgent.

Thelsepheus & Vdo.

Oiuuenis iuuenis melior uirtute cuades nunquā.
Vd. Nosti tu fortunas hominū? Th: Tantū no-
sco sortē tuā, quod in melius nō proficies. Vd:
Deus adhuc successum foelicē mihi spero non denega-
uit. Th. Tenera aetas de tota iudicat uita. Vd. Hercule
fallit sepiissime. Th. In teneris molliter, ut tu educati
omnium euadunt pessimi. Vd. Tum nulli fierent prin-
cipes probi, quia laute aluntur. Th. Principē probum
nigro cygno inuenies rariore. Vdo. Contine linguam,
audire fastidio. Thel: Veterum preclustra historias.

¶ 4 inuenies

inuenies egisse tyrannos ferè omnes. Vd: Abeant pri-
sca tēpora, ætate nostra reges & duces trutinemus.
The: Hac tēpestate diues probus albo coruo est rarior.
Vd: Tertius tu Cato es, omnia nouisti. Th. Sim qui sim,
Quintiliani sequor sententiã. Vd: Quæ illa est? The:
Virtute eum nunq̄ adolescere qui in purpura reperit.
Vd: Ita, uisum est Quintiliano forte inopi. The: Cen-
sura est sua, et experiētia ueracissimū esse probat. Vd:
Perpauci probi essent si uera diceres. The: Loquor de
illis quorū laute alitur iuuentus. Vd: Omnis fermè ma-
ter molliter alit filium. The: Facerent quidē istud om-
nes nutrices, sed multis reclamant indigentia. Vd: Ideo
Deus pauperibus non diuitibus proles concedit.

¶ Qui parentes suos diligant filios.

Xenophon & Cyprianus.

Vellem tales mihi contigisse parētes. Cy: Qua-
les optares? Xe. Ut ille est sortitus. Cy. Fatue,
nescis quid desideras. Xe. Oppido bene scio.
Cy. Si perpenderes uotum, taceres. Xe. Dies delicatos
cupio. Cy. Tales si haberes, cōmodarent ne tibi? Xe:
Frugiferi essent, nam nulla re egerem. Cy: Vnde tunc
omniū rerum haberes copiã? Xe: Ab opulentis paren-
tibus. Cy. Ah, ah, quid loqueris stolide? Xe. Loquor
quod res est. Cy: Parentes diuites plus surripiunt, quam
largiuntur filiis. Xe. Ipsis quid auferunt? Cy: Omnē
laudem & cōmoditatem. Xe: Parentes darent filiis
citius quam adimerent. Cy: Ut tu reris. Xe: Amabo,
effare, quid filiis demunt? Cy: Virtutem, qua nihil est

in

in mundo prestantius. Xc: Dicta tua non teneo. Cy: Vis
ut tibi tanquam Dauo Terentiano apertius loquar? Xc:
Volo et desidero. Cy: Diuites suis filiis plus aequo in-
dulgent. Xc: Indulgentia ista quid obesse potest? Cy:
Quintilianus inquit, quod et corporis et animi neruos
omnes corrumpit molles illa educatio. Xc: Age, quo-
modo indulgent? Cy: Errantes non puniunt, neque a
preceptoribus eos corrigi uolunt.

QVIS NOSTER SIT AMICVS.

Albertus et Bruno.

Miser homo nunc est, qui rerum est expertus hu-
manarum. Bru: Quis esset illarum rerum rudis?
Al: Proh dolor tales reperies complures. Bru:
Quos uocas tu humanarum rerum ignaros? Al: Hosce
quibus facile imponitur. Bru: Nonnunquam prudentissimo
cuique dantur uerba. Al: Sortem mundi qui calluerit, pul-
chre sibi cauebit. Bru: Nosti ne dicterium: Homerum
quandoque dormire? Al: Inter homines agenti, uigila-
dum est strenue. Bru: Tenduntur tum nobis semper in-
sidie? Al: A multis nobis insidiatur, etiam quos ami-
cissimos credimus. Bru: Amici illi personati sunt. Al:
Apparent fautores coram, sed clam mordent, et pun-
gunt instar felium. Bru: Effingunt pulchre naturam felis
Al: Amicus est res nobilissima, sed rarissima. Bru: Vni-
co tamen munusculo amicus adipiscitur. Al: Iste mu-
neris non nostri est amicus. Bru: Verum quem estimabi-
mus amicum? Al: Neminem festinanter et temere.
Bru: Quando oro instrue me. Al: Quem diutino con-

G S uicta

uictu intus & in cute nouerimus. Bru. Intus aliquem noscere difficillimum est. Al. Longa cōsuetudo arguit, qualis sit à talis ad uerticem, albus an ater. Bru. Multi Crocodyli naturam habent, aliud uultu, aliud corde gerentes. Al. Verum est, ideo Momus Deus reprehensorius, carpebat naturam, quod hominem ocluso pectore creauerit, quod cordis alterius nos lateret cogitatus. Bru. Cordium si quis explorator esse posset, facile amicum uerum agnosceret.

QVIS NOBIS SIT INIMICVS.

Critolaus & Dauid.

O Tu hominis somniū, non homo. Da: Tu me hominem esse negas? Cri. Nego & manibus & pedibus. Da: Confirma quod dicere audes. Cri: Quia brutis minus sapis. Da: Bruta sapiunt ne? Cri. Prouidēt diligentius sibi quā tu tibi. Da. Curam mei quantū possum gero. Cri: Factis istud uerbum nō praestas. Da: Vbi tum mihi incommodo? Cri. Quod cuilibet homini aequae credis. Da: Non credere amicis? Cri: Amicos quos aestimas inimici ueri sunt. Da. Id Dij prohibeant. Cri. Corā tibi blādiuntur, rodunt à tergo. Da: Hoc si agnouero deseram eos. Cri. Percipies uereor non sine periculo. Da: Argus ero, quo me non fallant. Cri. Actum est, diu casses eorum incidisti. Da. Adhuc tamen liber sum. Cri. Corpore liber es, sed emolumento captus. Da. Nocumenti adhuc sentio prorssus nihil, Cri. Percipies more Phrygum, serus nimium. Da. Tu si amicus es, praemoneas, quo mihi caueam cōmodius. Cri.

Cri. Sed me apud eos non prodas uelim. Da. Silebo ac lapis iste. Cri. Fœdus inierunt te deplumandi, quoad possent. Da. Id ipsis prohibebitur, quia parum mihi restat, quod dem. Cri. Id modicum si perdidideris nudus esses totus, ipsos desere. Da. Diutius eis non cōuiuam.

¶ De Monasterio & religionis ingressu.

Georgius & Hermannus.

EST ne tibi præfixum, quo pacto senium ages?
Her. Est præscriptum diutissime. Ge. Ipse adhuc incertus sum, quam subeam senij conditionem. Her. Præscire illud deceret tanquam metam in quam curritur. Ge. Quo studio senectutem tu transiges? Her. Pietatis studio & religionis. Ge. Fovebis in senio cultum religionis? Her. Sic stat sententia. Ge. Monachine assumes personam? Her. Cuculla me uestiam. Ge. Habitus hic maxime conuenit senili corpori. Her. Quid id putas? Ge. Nam senectutem frigidam calere facit. Her. Ob id eam nõ induam. Ge. Qua spe ductus religionẽ ingredieris? Her. Ob uitæ consequendum comæatum. Ge. Pessimam habes propositi metam. Her. Plurimi tamen ducti ea causa mundo se abdicant. Ge. Satius esset cœnobialos non inuisere. Her. Emanere eorum gulæ non conferret. Geor. Prodesset autem animæ. Her. Corporis gerunt curam, animam Deo committunt. Georgius. Deo, non uentri, ut seruiatur, monasterium est ingrediendum. Herman. Hui, indulgendum est nonnihil & gulæ.

gula. Ge. Quae te Erymnis agitatur quod nunc tem-
poris monachatum cogitas? Her. Ardeo illius uitae desi-
derio, qui fiat ignoro. Ge. Cōspicis ne? quomodo pas-
sim nunc monachi solitas deponunt personas. Her. Au-
dio qd' undiq; se nudāt cucullis. Ge. Nō frueris illorum
insania, & detestaris monasticam uitam. Her. Nō cito
fugiendū est, qd' execratur homines nihili. Ge. At ex-
pertis credendum, quod religiosam uitā cōmutāt mun-
dana tanquā meliori. Her. Ipsi uoluptate delectantur,
ideo in mundū redeunt, quo ipsa potiantur uberius.

NON OMNES DOCTOS ESSE,
qui capite redimiti sunt rubeo tegmine.

Iuppiter & Ludolphus.

Hodie aliquid uidi, qd' portēti loco habeo. Lu.
Et quid istud fuit? Iup. Fortassis tibi nō nouum.
Lu. Dicam, postquā audiero. Iup. Imberbem
adolescentem magistri opertum diademate. Lu. Quid
tecū tacitus cogitabas? Iup. Vix adultū, in literis tan-
tum profecisse. Lu. Stultus cogitatus fuit. Iup. Pruden-
ter uoluebam hoc mente, nā multos noui annis pluribus
confectos, et nondum illum erāt magistratum adepti.
Lu. Vnde sciebas istum in peritia lōge progressum?
Iup. Capitis redimiculum me id docuit. Lu. Aestimas tu
ab amictu eruditum? Iup. Quid alioqui loquitur illud
capitis uelamen quā hominis ingenuā doctrinam. Lu.
Sape inscitiae est lenocinium non eruditionis index.
Iup. O quantum haectenus spe uana me lactatum uideo.
Lu. Quomodo tibi impositum est? Iuppi. Prosequa-
tur

teus sum honore & laude oēs capite uelatos insigniter.
Lu: Ah, rerum humanarum rudis es. Iup: Qui ipse sci-
uissim eos inscios, quum Thyra prodirēt eruditi? Lu:
Nostin adagium: Nartecophori multi, Bacchi uero
pauci. Iup: Prouerbij quid istud est? Lu: Multi aliud
apparent quā intus sunt. Iup: Vnde tu periculum su-
mis alterius eruditionis? Lu: Si multa docet uel docte
agit. Iup: Etiam si magisterij pileolo non sit opertus?
Lu: Hedera uiridis uinum nihil commendat, ita neq;
amictus preciosus animi nobilitatem.

¶ Quibus sit utendum uerbis dum aliquid
à præceptore flagitatur.

Marcus & Nero.

Instar folij trepido dum præceptor mihi est cōue-
niendus. Ne: Cur tremis? est ne tantus tyrannus?
Mar: Non, sed aliud mihi tremorē incutit. Ne: Au-
daculus tamen homo soles esse. Mar: Apud præcepto-
rē mihi semper animus in pedes labitur. Ne: Verecun-
dari decet discipulum apud instructorem suum. Mar:
Vereor ideo, latine nescio, ut decet, loqui. Ne: Non te
labentem lingua secus docet? Mar: Instruit quidē, sed
semper asinum me uocat, ubi loquendo cado. Ne: Sic
incutit tibi inscitiae pudorem. Mar: Verax es, nusquam
nisi apud eum sermonis sollicitus sum. Ne: Eo pacto
quādoq; integre latine loqui disces, & minus errare.
Mar: Ea spe ducor. Ne: Ista non frustraberis cōfiden-
tia. Mar: Certiorē me redde, quomō precabor ab ipsa
exeuandi ueniam cum cacaturio. Ne: Rogo ueniam ex-
onerandi

onerandi uentrem. Mar. Dum urina urgeor. Ne. Precor facultatem ad euacuandam uesicam. Ma. Quando domi mihi est manendum. Ne. Opto consensum emanendi è gymnasio, per occupatiões adesse nequeo. Ma. Si mihi ad prandiũ est uocandus præceptor. Ne. Colende præceptor, parentes mei te in prandium uel cœnã cõuiuam petunt. Mar. Excusaturus me quod nõ interfui lectioni per parentum iussa. Ne. Ignoscas oro colende præceptor meæ absentia, quia præsto esse non potui, per parentum negocia.

¶ De ouis colligendis circa pascatis ferias.

Aristophorus & Butubatta.

Quid struis, suppingis tu calceos? But. Suppingo, ita pecuniã mihi seruo. Ari. Quam pecuniã? But. Dandam suppactori calceario. Ari. Veteres qd resarcis calceos? mercare novos. But. Aere laboro. Ari. Tantum bene haberes argenti. But. Crumenam meam potius te nosco. Ari. Est tibi animus aliquo proficiscendi, quod calceos reficis? But. Faciã iter rus uersus ad dies aliquot. Ari. Ruri quid exequeris? But. Hoc tẽpore annuo rusticari soleo. Ari. Etiam emolumentum cõsequeris? But. Immo integri mensis uictum. Ari. Commeatus iste quis est? But. Ouorum magnã copiam congero. Ari. Multitudinem ouorum, an apud sepes olentium? But. Ista palatum meum non delectant. Ari. Colligis ne oua gallinacea? But. Coaceruo utiq; à rusticanis mulierculis. Ari. Cãtas ante fores? uel præcaris instar mendici? But. Cano hymnum quem

quem uocant, Christe qui lux. Ari. Iubeat etiam quandoq; ab ostio abire te immunem? But. Sæpe, sed blandior ipsis, quousq; stipem porrigant. Ari. Nihil præter oua tibi præbent? But. Nonnunquam & pingue farcimen. Ari. Soles ne commitatus ire collectum oua? But. Interdum solus, ubi Thæseus mihi defuerit. Ari. Quid si me socium sumeres itineris? But. Placebit mihi. Ari. Animo & meo arridet.

¶ Nusquam nunc tutam esse fidem.

Iodocus & Matthæus.

Lamentaris ne? Mat. Nō lamentarer? sanguinem penè flerem. Io, Accidit tibi quippiam exitij? Mat. Ah, mali magna turba. Io. Impartias mihi uerbis, ut tibi condoleam. Mat. Tuum nihil mihi proderit condolere. Io. Solatium est in miserijs amicus cōpatiens. Mat. Mallem ego iuantem quàm contristantem. Io. Detege mihi incerorem. Mat. Fides pollicita mihi non seruatur. Io. Quid promissi tibi est factum? Mat. Adminiculum factus totius uite meæ. Io. Ecastor, si factum fuisset secutum uerba, in cælo esses. Mat. Nunc autem & à spe & promisso decidi. Io. Animum ne despondeas, si quid promissum est, forte belle seruabitur. Mat. Quātū intelligo, facta nō sequetur uerba. Iodo. Nescis diuitum animos? uolunt sibi supplicari. Mat. Præcatus sat sum. Io. Ores demum per amiculos, isti ocys exaudientur. Mat. Rete tendam per amicissimos. Io. Eos mitte, qui isti sunt intimi, qui promisit. Mat. Cogitaram id antea diu. Io. Verum ne differras,

nam

nam semper nocuit differre paratis, & mora sua cui-
libet est nociua. Mat: Quā primum oportunum fuerit,
periculum faciam. Io. Faxit deus ut alca tibi prospere
cadat. Mat: De isto mihi optato gratiam habe.

¶ Quod obsequium amicos, ueritas odiū pariat.
Gysbertus & Cornelius.

T Erētij comœdiæ sunt ne unquā tibi lectæ? Cor.
Sapiuscule, et adhuc indies leguntur. Gy. Excer-
pis etiā elegātiora quædā dicta? Cor: In hoc ra-
ptitius est mihi liber. Gy: Obsequium amicos, ueritas
odium parit, cuius comœdiæ est uerbum? Cor: Primæ,
scilicet Andriæ. Gy: Videtur ne tibi poeticū esse dictū?
Cor: Nequaquā, sed Delphicum oraculum. Gy. Paris
tu semper amicos obsequendo? Cor. Inimicos nunquā
nactus sum officio. Gy. Obsequia tamen sæpe ingrata
sunt. Cor: Ingrata quæ sunt, nō merētur obsequia dici.
Gy. Verum pessimi sunt homines, qui obsequijs irri-
tātur ad nocendum, ut inquit Cicero. Cor: Istos bestias
non homines dicerē. Gy: Ego ipsis beluam præponerē.
Cor. Quare? Gy: Bestiæ agnoscūt pietatē exhibitā eis.
Cor: Canes præcipue grati sunt. Gy. Miserum est sanē
homini obsequēdo, operā ludere. Cor. Præstaret ocio-
sum fuisse. Gy: Sed quomodo ueritas parit odiū? Cor:
Dum alteri dicitur quod ipsum aceto perfundit. Gy:
Tangitur hominibus ulcus ueritate? Cor: Multis uero
sermone mouetur bilis & Anagyris. Gy: Illorum salus
est desperāda (teste Cicerōe) quorū aures sunt occluse
ueritati

ueritati. Cor. Per Herculem nocuit semper suo nutu,
& non aliorum consilio, singula gerere.

CONVIVIUM BACCHANALE SIVE
ultima coena dierum Lupercalium.

Hospes, Vxor, Puer, Seruus, Conuiuae,
Martinus, & Arnoldus,
Cytharædus.

O Vxor meum corculum, in coenam quid parabis
obsonij? Vx. Nihil nisi huius prandij reliquas
mensæ imponam. Ho. Id dedderet nihil habere
carnis recentis et uix elixæ. Vx. Quid ob unicam coe-
nam obsonatum irem? Ho. Cōuiuas nonnullos uocauī,
hos oportet lautis excipere lancibus. Vx. Quos? Ho.
Dominum Martinum, et Magistrū Arnoldū filij nostri
instructorem, dum fortassis et umbræ aliquæ accedēt.
Vx. Qui isti essent umbræ? Ho. Personati, qui amicos
hoc uesperis inuisunt. Vx. Laruis opertis hac nocte li-
men nostrum non patebit. Ho. Nunc meum deliciolum
focum instrue carne elixanda, & ueru gallinas duas
in coenam nobis coque. Vx. Seruū iube ut a lanijs ar-
mum ouillum ferat. Ho. Heus tu serue, ubi latitas? Ser.
Adsum here. Ho. In macellū i celeri gressu, ac carnis
ouinæ fer talēt a sex. Ser. Ibo ac uelox. Vx. Ego ene-
tum gallinas uado. Ho. Id facito. Pu. Noctescit pater,
ferā uinum in tēpore, nō tutum crit in tenebris uica-
tim cursitare. Ho. Hic pecuniā sume in manus, quatu-
or mensurarum quamlibet sedecim mercaberis obolis,
dicas matri ut singula pcoquat, ego mox a somno sur-

H gane.

gan. Pu. Efficiā quod fiat ut iubes. Vx. Expergiscere
marite? statim aderunt cōiuiæ, quinta sonuit. Ho. Nūc
me erigam: Serue, uade uisum ubi morentur inuitati ā
me, an emanere uelint. Ser. En alias testudineo ueniunt
gradu. Hof. Nunc tu mensam ocys singulis para et
instrue. Ser. Dicitu citius instructā reddam. Hof. Gra-
tulator uestro aduentui mei cōiuiæ. Con. Tibi sit gratia.
Hof. Vbi nam latet tempus Lupercale? Con. Ignora-
mus, abire nosq; deserere parat. Hof. Prius in ipso hi-
larem ducemus compotaciunculā. Con. Ideo huc detu-
limus pedes, et istud nostrum uilli, præcamur boni cō-
sulas. Hof. Hui, nimium est, suffecisset mediū, quis epo-
tabit? Con. Ebibemus sine sudore, prolixā adhuc age-
mus cōpotationem ante digressum. Hof. Abluite sin-
guli manus et discumbite, in tempore incipiamus, quo
hilaritati sat restet spacij. Con. Heus puer ades dum, cō-
secra cœnam. Pu. Benedicite. Con. Dominus. Pu. Quic-
quid appositum est, et quicquid apponetur, benedicat
nobis ille, qui sua largitate pascit uniuersa. In nomine
Patris et Filij et Spiritus sancti. Con. Amen. Hof. Nunc
in cibum manus iniicite, quoad lautiora afferentur.
Con. Nostri muneris non erimus nescij. Hof. Calices
reple uino tu serue, ut stas tanquam Marpesia cautes!
Mar. Bibere plus appeto quam edere, hunc ego exora-
bebo calicem. Vx. Interbibendum est, ne in stomacho
eibus putrescat, marite hoc te salutabo poculo. Hof.
Tibi non incommodet ipsius haustus. Arnol. Et ego
Martine hunc cyphum tibi propino. Marti. Saluti sit
tibi

tibi. Hof. Ut ita Crisippum agitis? non delectat uos
cibus? Con. Iuuat plurimum, sed esurimus modice. Ho.
Hoc uitrum uolo quisq; ordine exiccet, ego glaciem
secabo & classicum canam. Con. Et nos post te, ipsum
elambemus. Hof. Age, hunc tibi propino Martine, ui-
de ut equali mihi respōdeas haustu. Mar. Non recuso.
Hof. Vbi cyphus sistit? cur non ob ambulat? puellula
istae siti pereunt. Arnol. Epotauius ipsum omnes, in
uxore tua moratur. Vx. Ego ipsum exhauriam, ubi
hunc bolum percedero. Hof. Serue tolle hæc, ac alia
affer edulia, muta quadras & mundas redde. Vx. Ma-
rite excipe conuiuas, ut moris est, ad carnes tostas.
Hof. Aduentus uester me delectat, ad has gallinas &
buccellam carnis porcinae in ueru paratã uos uocauit,
oro equo accipite animo, si parcus & modicus est
cibus, largior erit potus. Con. O hospes apparatus
lautiorem quã opus fuisset, fecisti: non debueras
nostri causa diem festum instituisse. Hof. Tempori
inseruiendum est nonnihil, dierum licentia & patina-
rum exigit lautitiam. Arnolde, hunc calicem ad imum
usq; tibi præbibo. Ar. Profit tibi. Mar. Hoc poculum
tibi præbibo, ut & tu deinde exorbeas. Arnol. Præ-
bibitis nulli quã mihi uideo, quid monstri alitis?
creditis me metam, in quam dirigantur pocula, ut sa-
gittæ in scopum. Cytharæde hoc cyatho te adorior,
ut nobis à coena dulcem exhibeas cytharæ pulsum.
Cytharædus. Accipiam abs te libenter. Hospes. Ser-
uæ, affer bellaria, uideo conuiuas anhelare choream.

H 2

Mar.

Mar. Nos uiri non, forte hæ nymphæ saliendi amore
ardent. **Hof.** Mox surgemus. **Vx** Edât prius, ut ita ma-
turare conaris. **Ar.** Quis usq; ut uulur edere potest.
Mar. Si uisum fuerit hospiti, tollatur cibus. **Hof.** Fiat,
Puer adsis, et hymnum postremum recēse. **Pu.** Gratias
dicimus Deo trino in personis, uni in essentia, qui sua
immensa potentia condidit omnia, gubernat uniuersa,
qui nos indignos famulos hoc uesperis suo pauit mune-
re, ipse nobis largiatur, ut post hoc exiliū secū in eter-
num fruamur cœlitū letitia, suoq; potiamur cōspectu,
per Iesum Christum. **Con.** Amen. **Hof.** Habeo uobis cō-
uiuæ humanissimæ gratiam, quod ad hoc conuiuolum
meum exiguū dignati sitis uenire, oro lubēri accipite
animo quæ præsto fuere, uice alia delicatiora exhibe-
bo. **Con.** Grati erimus, et quādoq; par pari referemus.
Hof. Cytharæde, nunc fac resonare cytharam. **Cytha.**
Ludere nescio nisi cantus, agrestes & rusticos, non re-
gios. **Hof.** Id refert nihil, nescis illud Bebelij, cuiuscun-
q; fistulæ cantus ualeat amanti choreas. **Cytha.** Age sa-
lite, ipse ludam. **Mar.** Ipse sat feci choreæ, fessus sum.
Hof. Vxor instrue rursus mensam, stribiliginibus &
alijs bellarijs mellitis ac saccaro conditis. **Vx.** Oīa diu
sunt parata. **Hof.** Nunc uenite uos cōuiuæ ad has stribi-
ligines, sumemus nocturnā cōmessationē, hora exigit.
Si quē hoc halec delectat falsugine erutum, attingat.
Con. Nunc præsto est ieiunium. **Hof.** Cras in pran-
dio rursus unā auspiciū sumemus temporis esurialis
in his meis edibus, sicuti nunc inuicem peregimus dies
Lupercæles.

Lupercales. Con. Tu uale in crastinum. Ho. Valetis
& uos, faxit Deus, ut anno ab hinc proximo
rursus una simus letiores, & minus delictis
contaminati, ac interim crebro.

Con. Id Dij superi nobis &
tibi concedant.

F
I N I
S.

HERMANVS

NVS SCHOTTENIVS

HESSVS STUDIO SAB

IUVENTVTI

S. P. D.



H S

QBC



Vae renascuntur nostri, tenera et studiosa iuventus, immutantur paululum, nouiq; aliquid secunda natiuitate accipiunt. Sic homines per bapsismum renati, mundi ab originali peccato fiunt. Phoenix unica auis Arabia igne seipsum comburēs renascitur iunior et pulchrior. Veluti serpentes pelliculam uetustam, per angustam arborem repentes, deponunt, tandemq; a rugoso senio liberentur. Nihil usq; adeo est quod renascendo, uel temporis progeſſu non immutetur, lepidiusq; et candidus reddatur. Ideo et mihi nuper cum hæ confabulationes denuo a Typographis essent excudendæ, placuit ut prodirent elimatiores, locupletatæq; triginta conuiujs sequentibus. Conuiuia addidi, non colloquutiones pueriles. Quicquid enim agitur inter homines, dum uocantur, poculis indulgetur, nam inde amicitia oritur odium et mœror discutuntur, hilaritas et beneuolentia mutua acquiruntur. Auxi his conuiujs, grandibus dictis descriptis, ut et tu adolescas, grandescasq; sermone aduultorum, non semper puerum sonas loquendo. Vale. Colonie, Millesimo quingentesimo uigesimo sexto.

QVAE SEQUUNTUR CONVIVIA
accesserunt ab Autore. Anno M. D. XXVI.
Conuiuium

CONVIVIUM THELESPHORIANVM,
SIVE ESURIALE.

Hospes, Vxor, Puer, Seruus, Conuiuæ,
Martinus & Arnoldus.

Sunt ne obsonia mox percocta et matura esuis
Vx. Fermè, iube sterni mēsam. Hof. Heus puer
ubi latitas? Pu. Adsum here. Hof. Mensam suo
apparatu decorato, Statim conuiuæ aderunt, nā pran-
dendi hora imminet. Pu. Expediā festināter. Hof. Tu
serue uinum prome hornū & bimū, ac absynthio con-
ditum. Ser. Efficiam domine. Hof. Cereuisiæ quoq;
unum aut alterum poculum. Vx. Omnia edulia sat co-
cta sunt, accubitus iremus si adessent conuiuæ. Hofp.
Spero quod actutum aduenient, ostium credo pulsant.
I puer resera fores. Pu. Ibo. En adestis, herus uos mo-
ratur. Con. Ipsi iam adsumus. Saluus sis hospes noster,
ut uales hoc esuriali tempore? Hofp. Valeo pugilice,
salui & uos sitis, uestrum aduentum desiderabam, il-
lico manus abluite, et accumbite mēse. Con. Faciemus
primus tu accumbe. Hof. Hic in sella mihi est locus.
Puer benedic prandium. Pu. Benedicite. Con. Domi-
nus. Pu. Quicquid appositum est apponeturq; cibi &
potus, benedicere et consecrare uelit dextera Christi,
sumentibusq; salubre reddere. In nomine Patris et Filij
& Spiritus sancti. Con. Amen. Pu. Pater noster. Hof.
Orationem dominicam & salutationem angelicam
quisq; secum oret. Nunc cibo fruimini, alius nunc es-
quā hesternō ueperi cibatus edēdus. Con. Sic dierunt

H 4 conditio

conditio exigit. Hof. Hoc iusculum pisarum exorbete,
conferet cerebro, & stomacho nō oberit. Con. Pro-
derit per Hercule, medebiturq; dolori cepitū nostrorū
ex hesterna cōpotatiōe contracto. Hof. Ideo imbibite
ipsum dum calet et feruet. Nunc haleces has editte, eli-
xas aut tostas. Con. Desidiosi nō erimus. Hof. Edite et
bibite uobis nō ministrabo. Incōmodabit uestro uētri,
si ā cibo quieueritis. Serue, aliud edulij affer, mundosq;
orbes redde. Nūc de hoc uino absynthio cōdito, singuli
primū facietis haustū, salubre est. Præbibo tibi Marti-
ne. tu proximo tuo propines. Mar. Nō obsit tibi biben-
ti. Hoc Arnolde tibi præbibo Ar. Sit salutiferum. Hof.
Ordine quisq; lābat de ipso. Vt sic abstemij estis? neq;
potu, neq; cibo utimini alacriter, forte hic cibus uos
parum delectat? Con. Ab hesterna coena adhuc saturi
sumus. Vx. Obsonia hæc palato non adeo arrident, ut
quæ luperalibus diebus edimus. Mar. tēpori seruiēdum
est, cuticulā hæctenus curauimus, nunc genium fraudare
oportet. Hof. Breue tempus est, homini sano curri-
culo abibit. Ar. Bene ualenti & piscium copia abun-
danti, non his quibus panis nudus est rodendus. Vx. Di-
ligenti deum nihil est difficile. Mar. Verum est, nam ut
Plautus inquit, Amor condimentum est, amara dulcia
faciēs. Sed admiramur quis primus hoc esuriale tēpus
sanciuit. Hof. Maiores nostri sanctiq; patres Ecclesie
et Pontifices, in exemplum prophetarum et Christi,
qui se ieiunio macerarunt. Ar. Cur est uocatum tem-
pus Telephorianum. Hof. Aiunt Telephorianum Pa-
pan

pam, quadragesimā sic instituisse, ut ab Ecclesia per-
agitur. Ar. Quid prodest tñ? Hos. Vicia corporis com-
primit, animam saluat, uentri pestem, crumena cōmo-
dum et crapula decoctionem affert. Mar. Cur non in-
dictum est oleum, ut butyrum et lacteus cibus? Hos.
Lac et butyrum naturæ sunt sanguineæ, nam lac est
sanguis uaccarum, colore tārū mutato, sed oleū nihil
in se carni affine habet. Ar. Quare à cibus quibusdam
arcemur, nō autē ab aliquo potus genere? Hos. Sic no-
stris placuit maioribus, et nō tantum saginat potus ac
cibus. Vx. Loquendo tempus teritis, et interim cibus
frigore corrumpitur. Hos. Quisq; strenue edat et po-
titet, ipse nullius edulij sum cupidus, nam stomacho nō
admodū ualeo. Mar. Et nos parum bene ualemus. Ho.
Puer tolle hæc, et nuces, pyra ac ficus affer, et lybum
mellis. Arnolde hoc cypho te adorior. Ar. Bibe salu-
briter. Hos. Puer singula conde, et hymnum postre-
mum dicito. Pu. Quicquid sumpsimus potus ac cibi, id
nobis salutiferum reddat, ille qui unus est salus omniū.
Con. Amen. Hos. Vos conuiuæ boni et æqui accipite
quæ præsto fuere, meliora obsonare nō potuimus. Cō.
Tu gratiā habe. Hos. Gratulor uestro aduentui. Con.
Grati nostro nomine tibi sint superi. Hos. Nunc uos
amici gratiarum actionum haustū bibite singuli. Con.
Tu nunc uale, nos nostros repetemus pœnates, quan-
doq; par referemus. Hos. Diu relatum est.

P Y T H A G O R I C V M C O N U I U I V M.

Pythagoras Hospes, Discipuli Conuiuæ.

H S

Salute

Salute te impartimur plurima, uir sapientissime.
Pytha. Eam et uobis opto. Dis. Esset nobis non
nihil tecum loquendum, si audire uelles. Pyth. t.
Audiam lubentissime, cur uenistis dicite. Dis. Adsumus
cupidi literarum, quas sub tua cupimus discere ferula.
si in discipulos nos habere uelis. Pytha. In mea instru-
tionem admitto nullum, nisi ipsius indolem et Miner-
ua sim exploratus. Dis. Quo tum ignotorum experi-
mentum accipis, ingenia qualia habeant? Pytha. Istud
uestra nihil refert. Dis. Quibus infecunda contigit
Minerua, eos ne instruere laboras? Pytha. Illos colen-
dos non suscipio, non minus ac agricola sterilem terra,
quia laborem luderem. Dis. Non possent literis imbui
infeliciter nata ingenia? Pytha. Instruuntur opera
magna, sed profectu pusillo, aut nullo. Agri enim non
fertiles, etsi curantur, non tamen fruges proferunt.
Dis. Precamur colendissime Philosophe nos in tuo-
rum discipulorum gregem suscipias. Pytha. De uestris
ingenijs prius periculum sumam an apta sint literis,
tum instruendos assumam. Dis. Auscultabimus tuis di-
ctis ad unguem lubentissime. Pytha. Prandebo modo,
meae adsitis mensae, tum huius gymnasij mei ritus et
leges cognoscetis. Dis. Parebimus tuo uerbo. Pyth. t.
Puer, mensam cibo prepara, prandendi hora est.
Adolescentes, uos mensae asidete, ego hic accum-
bam. Cibum consecremus. Omne, quo uescemur mo-
do, cibum et potum nobis benedicere uelit Iuppiter,
caelitesque omnes in nomine ipsius, qui trinus est perso-
nis.

his, sed unus in essentia. Discipu. Amen Pythago. His ob
sonijs uulgaribus, piscis, pyris, pomis potuq; uilissimo
esurientes uos alite, non alium cibatum hæc mensa ha-
bere solet. Discipuli. Nunquam carnes neq; pisces
Pythagoras. Minime gentium, essemus usq; adeo
immanes & impij, ut uictitaremur carnibus animalium
& piscibus? Discip. Esset illud impium & im-
mane? Pythago. Detestabilissimum est humanæ na-
tura. Discipu. Passim tamen locorum his cibis alun-
tur homines. Pythago. Aliud Philosophia nos docet,
quæ ab istis non retrahit, brutorum uesci carnibus
& piscibus maxime impium est. Discipu. Quare?
doceas nos istud humanissime præceptor. Pythago.
Nos Philosophi dicimus animas esse immortales, &
post mortem animalis in aliud transire corpus, Ideo si
carnibus beluinis uescerer, timerem mei patris ani-
mam ne deuorare. Discipu. Cur piscibus tum abstinere
soles? Pythago. Piscis animal innocuum est, nihil
exitij hominibus inferens, ideo in ipsum nostris mor-
sibus scuire non decet. Discipuli. Vesceris alijs ci-
bis omnibus? Pythagoras. Famem discipuli mei &
ego sedamus alimento perquam exiguo, & uili. Di-
scipuli. Difficile crit nobis assuescere tam tenuiter ui-
ctitare, lauis hæctenus apud parentes aliti sumus. Py-
thago. Ferenda sunt nobis complura, si scientiæ me-
tam cupitis. Nam patientia Philosophiæ est radix &
fulcimentum. Dis. Quibus legibus tui sunt addicti di-
scipuli? Pytha. Varijs uni tamen præcipue. Disci. Quæ
illa

illa est? Pyth. Ut per quinquennium taceant. Dis. Cur
ipsis loqui prohibes? Pyth. Ideo ut tacendo audiant, et
discant ab alijs, quid sit loquendum, antequam ipsi uer-
ba proferant. Dis. Difficillima factu nobis ista uidentur.
Pyth. Viribus uestris si non cōueniunt, alium præ-
ceptorem quærite. Dis. Experiemur quid uires nostræ
possint, & quid ferre recusent. Pyth. Sic facite, stren-
nueq; me docente literas discite.

PHILOSOPHICA MENS A.

Plato, Hospes, Aristoteles, Cicero,
Demosthenes, Conuiuæ & Minister.

Mensam ac patinas accedite literariū feruidissimam
mi adolescentes, iam dudū fortassis fame uobis
crepuerūt intestina. Ari. Esurie adhuc sentio
nihil. Ci. Et ipse nōdum famelicus sum. De. Libros legē-
do esuriam prorsus non sensi. Pla. O nobiles literarum
cultores, qui chartis animos & corpora farcitis, mensam
se nunc accumbite, ciboq; corporeo naturam fulcia-
tis. Ari. Præsto sumus uenerande præceptor. Pla. Ser-
ue edenda nobis tuis precibus consecra. Mi. Quæ iam
sumemus edulia, ea & nos benedicat, qui creauit uni-
uersam terram, mare, cælum, omniaq; in ipsis cōtēta, mor-
tuorūq; resurrectionē feciet, unus in essentia, licet cū
populo sit dicendū multos esse deos, unus aut uerus est,
qui dapem hanc nostram benedicat. Con. Amen. Pla.
Esuriens nunc edat, nō famelicus edere nō tentet. Nam
nocuius est omnis cibus, qui præter famē uel editur, uel
ad edendū

ad edendum illestat. Ari. Palato cibum inferam, tum
experiar an sibi sapiat. Pla. Potum præbe tu Endymio
ut stas cogitabundus? Hac lance latrantem sedate sto-
machum edulij, ultra nihil habebitis quã bellaria. Ci.
Abunde satis erit, neq; uultures uel lupi sumus. Pla. Po-
tu hoc tenui & uili cibum subsidere facite. De. Cura-
bitur. Pla. Potus non est nectareus, sed philosophicus,
rationẽ bibẽti nõ adimens, nec corpora debilitans. Ari.
Conuenit literis deditis, alias Minerva debilitata, scien-
tiæ fulcimentum laberetur. Pla. Puer patinã tolle, &
bellaria appone, butyrum, caseum, nuces et poma, mun-
dasq; quadras. De his edite epulis, si prior patina mi-
nus uestris arrisit palatis. Ci. Oppido meis placuit fau-
cibus. Pla. Edite perneciter, ne hic moremur diutissime.
De. Eruditissime præceptor exoptaremus unũ á te, ut
doceres, quale debeat esse cõuiuiũ philosophicũ uel li-
teratorum? Pla. Quã lubẽtissime istud efficiã, uos quæ
dicã sitientibus auribus accipite. Ari. Aduertemus di-
ligẽter. Pla. cõuiuium philosophicũ uel literarium uel
literatorum tenue erit cibus, & frugale, sed prudenti-
bus dictis & factis prouidis abundantissimum, operãq;
quilibet adhibebit, ut doctior surgat á mēsa quã ipsam
accesit. Ci. Quid si nullus fiat sermo doctus, latinus et
prudens? Pla. Cõuiuium philosophicum dicendum non
erit. Ci. Cõpotando ne certabunt poculis? Pla. Istud
popularibus relinquunt, ipsi literarijs haustibus se in-
uicem exhilarent. Ari. Obsonijs quibus uescentur? Pla.
Stomachum quæ nõ onerabunt, neq; ingenij uires tol-
lent.

lent. De. Nunquam genio indulgebunt largius bibendo
& edendo? Pla. Ad pocula indulgere genio, quid ali-
ud est quàm ingenium, memoriam thesaurum scientie
amittere & enecare? Ci. Nihil conuenit Baccho cum
Pallade? Pla. Dissident odio maximo. De. Tamen Bac-
chus excitare ingenium dicitur, cum quisq; ad pocula
discere conatur. Et Mantuanus dicit. Fluit melior post
pocula sermo. Pla. Eruditorum est, longe à uulgo dis-
sentire. Puer, hymnum à cibo profer. Pu. Qui nos
pauit sua gratia, sit benedictus in secula. Con. Amen.

DIOGENICVM CONVIVIUM.

Diogenes hospes, Alexander, Aristippus,
Crisippus, Conuiuæ.

Quid ita admirabundus me aspicias tu rex Alex-
ander? Alex. Aspicio te, quod ita dolio insi-
des instar porci uel canis, cū ceteri homines
in domibus suis sub tecto soleant agitare. Dio. Mores ij
mihi arrident, placeant alijs sui ritus, mea non refert.
Alex. Et quid petis à me rege potēte totiusq; orbis do-
mino? Dio. Prorsus nihil, quàm ut illud mihi non surri-
pias quod dare non potes. Alex. Quid illud est? Dio.
Stans ante dolium impedis solē, quod uas meum nō in-
greditur, ideo discede, meq; solis splendore potiri con-
cede. Alex. Discedam lubens, sed est ne quid edulij, quo
hoc prandio stomachum satures? Dio. Tantum adhuc
habeo, quo me pascā, sed tibi tuiq; similibus uentri de-
ditis

ditis, non famem expleret, sed ad edendum excitaret.
Alex. Dic cuius farinae sit cibus. Dio. Frustum panis
aridi, duri, & mucidi, parumq; crudi & uiridis ole-
ris. Alex. Non ad ignem coquis olus ipsum? Dio. Na-
tura mihi ollam dedit, qua cruda coquo, digero. &
corpori apta facio. Alex. Quae ista est olla? Dioge.
Stomachus in meo positus uentre nunquam quiescens,
semper laborans et feruens, ad insumpti cibi decocti-
onem. Alex. Frigidus cibatus & crudus non conuenit
homini, ut medici dicunt. Dio. Natura medicorum est
optima. Alex. Conuiuas nunquam uocas in hoc dolium
tuum? Dio. Non, quia quibus ego delector et contentus
sum, alijs hominibus displicent, & ab ipsis nauseant.
Alex. Prandebimus hodie tecum nos tres. Ego, Ari-
stippus et Crisyppus, si non aegre tuleris. Dio. Conuiue
mibi si esse uolueritis, esuriendum uobis erit, nam nihil
hic est uestra delectans palata. Alex. Tua erimus men-
sa contenti. Dio. Agite tum in terram discumbite, uel
uestes substernite, neq; lectos neq; sellas habeo. Arist.
Esto humi sedebimus, stratis tunicis, tu mensam obso-
niji para. Dio. Mensa mihi est sinus, manus quadra,
culter dentes. Cri. Porrige nunc nobis edenda. Dioge.
Deum prius salutate orationibus uestris. Alex. Tu, ut
hospes, hymnum praefare. Dio. Deus totius uniuersi
creator, rector & gubernator humani generis plas-
mator, pascens creata omnia, panem et olus ac aquam
iam sumenda nobis benedicat. Con. Amen. Dio. Nunc
acri morsu istos panis bolos edite & rodite. Alex. Hui
durus

durus est nimium, dentes ferme elido mordendo. Dio.
Hic aquae intinge ut mollescat Ari. Nihil pani adde-
mus obsonij. Dio. De hoc crudo olusculo, aliqd addite,
uel sine obsonio ipsum comedite. Alc. Obsoniū ubi de-
est, insipidus est panis. Dio. Hic in olla aliquid oleris
elixi recōditum habeo, sed tepidum nō est, illud edite.
Cri. Immunda est olla, nauseo aspicere, nedum ex ipsa
edere. Dio. Si nauseas, mihi sinas, cui mel sapit. Alc.
Sitis, panis mihi labia exiccat. Dio. Pura ista lymphā
sitim cōprime, alius mihi potus nō est. Alc. O tu misera-
rime Diogenes, qui huiusmodi uictitas epulis Dio. Mi-
ser nō sum, natura quātum expetit edo et habeo. Alc.
Malo me adhuc Alexādrum esse et regē, quā Diogenē
et philosophum pauperrimum. Dio. Et ego nollem ex
Diogene fieri Alexāder. Alc. Prorsus nihil aliud habes
quod edamus? Dio. Pyra & poma nōnulla mihi adhuc
sunt, sed acerba & dura. Ari. Illis non capimur, nam
dentes hebetes faciunt. Tu uale, nos nostram reuifemus
aulam regiam & dapsiles lances. Dio. Abite, ego hic
in dolio naturae rimabor effectus.

ARISTIPPICVM CONVIVIUM
SIVE AVLICVM.

Aristippus Hospes, Theophrastus, Crates,
Anaxagoras, Diogenes & Minister.

O Diogenes è tuo proripe uase, et nobiscum con-
gredere in regis nostri palatium, preciosioribus
te excipiemus. Dio. Discedite ad uestrā crapula-
lā, ego mea delector inedia. Ari. Famelice uiuas quos-
ad

ad placuerit, ipse aulice uictitare malo. Dio. Tu pati-
narius es Philosophus, ipse cōtemplatione naturæ plus
capior, quã opimis tuis patinis. Ari. Alios conuiuas uo-
cabo philosophos, si tu aduenire recusas. Dio. Id faci-
to. Ari. Heus uos philosophiæ cultores, Theophrastus,
Crates & Anaxagoras, pluteos uestros seponite, me-
cumq; in regiam aulam pergite sumptum cibum. Phi.
Congrediemur lubētes. Ari. Adsitis, ac studio macera-
tas uires mensa opipare reficite. Phi. Comitabimur te,
faciles sumus ubi conuiuæ uocamur. Ari. Ingrediemini
igitur, prædendi tempus est, rex suiq; aulici mensæ ac-
cumbunt. Phi. In solum eamus locū, ubi aulicorum non
est strepitus, et præsentia. Ari. Hanc cellulam intrabi-
mus et nos includemus, quod non obruamur à pluribus.
Phi. Tum aperi, & mensam obsonijs onera, esuriemus
acriter, nõdū ientati sumus. Ari. Mox culinæ minister
afferet edulia, en adest, ut lupus in fabula. Mi. Hunc
cibum uobis Deus benedicat. Phi. Amen. Ari. Benedi-
ctus qui est in æuum, omnibusq; uniuersis imperat cun-
ctis suo nutu gubernat, benedicere uelit ea, quæ nūc su-
memus corporis stabilimenta. Phi. Amen. Ari. Nūc cul-
tros stringite, uoragines uestras his primis epulis im-
plete, quoad lautiora dabuntur. Phi. Impigre edemus,
stomachos habemus fame crepitātes. Ari. Tū ipsis me-
deamini cibo et potu, de his aprimis clunibus uel lepori-
nis sumite. The. Porcina carne prius uescemur. Ari. Istā
relinquite familiæ, uos deliciariorē comedite. Ex hoc
argenteo poculo omnibus uobis prebibo. & prius tibi

I

Theophrastus

Theophrasto. The. Iouis bibas nomine. Ari. Nunc bibe
& tu, uinum est Lesbium. The. Illo teneor, nam mea
est nationis. Cra. O Aristippe tu hic argenteis edis pa-
tinis, aureisq; bibis poculis, in nostris Musæis nos lig-
neis uasis bibimus & edimus. Ari. Sapere uultis, sed
plurimū desipitis, qui macra mauultis mēsa in latebris
uiuere, quā dapilice apud principes. Anax. Cōsulimus
animæ nostræ, ipsam sciētia et uirtute decorantes. Ari.
At interim corpori obestis, et mortē macie præuenitis,
& anticipatis. Ana. Philosophos id decet impallescere
chartis, non usq; genio indulgere. Ari. Istud & ego
quondam feci, optimumq; credidi, tandē fame cōpulsus
aulicus ut sum, fiebam, The. Philosophiā tu iam curas
culinariā, sed nos literariā. Ari. Interdum etiam adhuc
libris legendis incumbo, nō totus ferior ā literis. Ana.
Male conuenit per Herculem philosophiæ studio cum
opiparis patinis. Ari. Attamen dulce est corporis cul-
turam gerere, simul et Philosophiæ utcunq; studere.
The. Nos malumus ad lucernā latere discentes et q̄cti,
quam principum nutibus inseruire. Ari. Nescitis prin-
cipibus uiris placuisse, non ultimam & postremā esse
laudē? Cra. Laus maior est uirtuti placuisse et adhæ-
sisse. Ari. Abeant ista, quisq; sua sorte uiuat, mihi hæc
fortuna arridet. Assas istas carnes ferinas decerpite,
uinoq; præcioso isto utimini. The. Saturi sumus, tollātur
dapes, domum uersus regrediamur ad codices nostros.
Ari. Quando lubet, uos non morabor. Ana. Hymnum
igitur ā cibo nobis ut hospes recēsc. Ari. Laus, honor,
& gloria

Et gloria sit sempiterno Iouli, caelo terraque imperati.
quod cibus nos pavit, famelici qui fuimus. Phi Amen.
Ari. Nunc literaria uestra antra repetite, chartas uol-
uite et inuertite. Phi. Tu uale, grati quando erimus
quando licebit. Ari. Non moror gratiam uestram, me
aliter rex et portat equus.

¶ Regium conuiuium post ferias Epiphaniae.
Rex, Regina, Dux, Obsonator, Cancellarius,
Secretarius, Cubicularius, Stultus, Seruus.

O Mea regina pulcherrima, quoniam conuiuium nostro
regno et imperio debitum, nostris aulicis exhi-
bimus et faciemus? Reg. Quando domino re-
gi meo generosissimo placuerit. Rex. Quid si ad ho-
diernam uesperam ipsius sumptus faceremus? Regi. Non
displicebit mihi. Rex. Habes quae coenam delicatam redde-
rent? Regi. Sunt mihi gallinae tres, duo capi, mediusque
agnus. Rex. Sufficiet, gallinas cum carne agnina elixa
capos et agni medium ad uerum coquas. Regi. Execu-
tum reddam. Rex. Sic facito, ego interim alijs intentus
ero. Obso. O rex noster, quando regale conuiuium tuis
aulicis parabis? Rex. Ad uesperam, tu obsonatum eas,
curaque ut singula in coenam sint parata, aut tuo defun-
geris magistratu. Obso. Fidelis ero. Ser. magnifice do-
mine rex sternam mensam? obsonia singula sunt penes per-
cocta. Rex. Exequere tuum munus, adsunt ne ministri
et satellites nostri? Ser. Ad unum usque hic domi sunt.
Rex. Age, tum auspicemur coenam, potum haben-
dum fac promas, uinique copiam affer, et intrent

amici ceteri, nostræq; aula domestici. Ser. Iubebo. Ius-
sit et uult generosus rex meus, ut intretis hybernacu-
lum. Cō. Intrabimus modo. Salue rex potētissime. Rex.
Rex nomine, sed sine regno. Con. Deniq; egregiū ha-
bere nomen nōnullos delectat, & præstat, quā uocari
ignominiosum. Rex. Mensam ordine accedite. Dux.
Cancellarius, quisq; ut gradu est superior, ita & accu-
bitu sit. Con. Discumbat et rex noster. Rex. Modo ac-
cumbam. & regina mihi assidebit. Puer benedictionis
hymnum effare. Pu. Benedicite. Con. Dominus. pu.
Huius coenæ regalis esculenta et potum benedicat ille,
qui rex regum est, nobisq; faxit sint salutifera, qui hæc
ipsa in sui facimus memoriā, quod ipsa in mundum na-
tus homo, die decimotertio tres Reges & Magos suo
aspectu exhilarauit. In nomine Patris & Filij et Spi-
ritus sancti. Con. Amen. Rex. Nunc hilares sitis potu et
cibo, strenueq; edite, sic ego iam rex uester impero et
uolo. Istam carnis buccellam domina regina mea grato
accipiat animo. Reg. Gratia sit domino regi. Rex. Vos
nostri aulici Crysippi non sitis, sed cuticulā curate ba-
silice. Con. Bibat rex, tum & nos alij bibemus. Rex.
Propino regine meæ nobilissimæ. Regi. Profit domino
regi. Stul. Rex bibit, rex bibit, tandē cessa, noli exie-
care, & mihi quippiam relinquant. Con. Quam minime
facetus est morus ille. Stul. Clamādo fatigabor. Rex.
Serue assas affer carnes et hæc aufer. Ser. Mox faciā.
Hic est dominus Dux, Secretarius, Cancellarius, Cu-
bicularius, quisq; eorum dominum regem & reginam
donant

donant duabus uini mensuris. Rex. Gratiam habeant,
certe minime decet regem uino donari à suis famulis.
Con. Nonne & reges imperiorum à subiectis aluntur
colois? Rex. Fateor, capos illos tostos tu Secretari rü=
pe, frustra; asidentibus præpone, nosti quomodo sit ad
mensam ministrandū. Se. Lubens faciam ex regis iussu.
Regi. Regi hunc calicem medium præbibam. Rex. Sit
cōmodo regina. Con. Regina bibit, exclama tu fatue,
ut deuoras cibum ac uultur. Stul. Regina bibit, regina
bibit, regina bibit. Rex. Agninam illam carnem frustu
latim disseca tu Cancellari. Can. Perplacet hoc frustū
rex noster si retineat. Rex. Hilares agite sitis, post
seculum gentile hanc occupabunt terrā, uulgo fertur.
Omnibus ex hoc poculo præbibo. Can. Non obsit regi,
stulte clama, rex bibet. Stul. Rex bibit, rex bibit. Rex.
Tolle hæc serue, nemo ipsi uescitur, Bellaria affer. Ser.
Adsunt. Rex. Et orbes puros præpone. Ser. Feci. Rex.
Caseo hoc cibum subsidere facite, & butyro lenes
facite animos. Sec. Ad iugulum usq; saturi sumus, ne=
quimus omnem penum stomacho recondere. Rex. At=
tamen buccellā minimam edite. Can. Non recusamus
istud. Stul. Regi domino meo præbibo. Rex Profit ma=
gnifico domino stulto. Con. Stultus bibit, stultus bibit,
stultus bipsit, bipsit, bipsit. Stul. Salua grāmatica loq=
mini. Can. En, et stultus grāmaticæ peritus est. Rex.
Serue tolle singla, oēs dormituriunt uideo. Cubi. Nox
intempesta adest, cubitū eandi tempus est. Rex. Puer,
Gratiarum actionis hymnum loquere. Pu. De hoc con

uiuio Benedicamus domino. Con. Deo sit gratia. P^{ro}
Ille qui est ab æuo, manetq; in æternum unicus & so-
lus Deus, & nos suis muneribus pascit, saluat et uiui-
ficat, sit benedictus in secula seculorum. Con. Amen.
Rex. Vos boni amici & aulici, gratis animis accipite
quæ affuere, meliora daturus sum, dum imperium me-
um locupletius factum fuerit. Con. Gratiam agimus,
habemus & referemus domino regi & reginæ, de
beneuolentia ostensa & impartita nobis.

CONVIVIUM AMICORVM.

Socrates hospes, Iohannes, Petrus, Philippus
conuiuæ, Xantippe uxor, Minister.

Hesterno die conuiuas uos uocaui per ministrum
meum in hodiernum prandium, estis ne uenturi?
Con. Sumus utiq;. So. Tum me iam comit amini,
meridies instat. Con. Perplacet. So. Hilares spero eri-
mus, nisi uxor mea quippiam litis inceperit. Con. Est
tum iam per te offensa? So. Veteri suo more ob asi-
ni prospectum iurgia parat. Con. Nos ipsam crateribus
faciemus lepidã & placidam. So. Salue mea Xantip-
pe, hic mecũ ueniunt amicali nostri in hodiernum præ-
dium à me inuitati. Xan. Gaudeo, sint salui uestri ad-
uentus amici intimi. Con. Gratiam habemus. Xan. Ma-
nibus ablotis, quando lubet ite accubitum. Socra, Fiat,
uos amici, uestes exuite, feruet hybernaculum calore,
& ingrediemini. Con. Itu prior. Socra. Sequimini
præcedam. Con. Hic commodior est aër, quam foris,
ubi mugit Boreas. Socra. Foris nasus muco concrescit
ambulanti

ambulanti. Xantippe quādo uisum tibi fuerit, edulla
fac afferri. Xan. Iam adducentur. Ser. Hic cibus edenda
tibus sit salutaris. So. Edenda consecra. Ser. Benedi-
cite. Con. Dominus. Ser. Quibus hoc in prandio ue-
scemur alimenta & potus benedicta uelit esse ille, qui
omnibus benedicere solet, solus salutem affert, exitiaq;
tollit. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Con.
Amen. Socra. Cultellos mensæ imponite, & ē patina
comedenda accipite amicissimi conuiuæ. Iohan. Non
cures, ad mensam desides non erimus. Socra. Ab olu-
sculo si abhorret quis uestrum, seponat, et carnes edat.
Pet. Oleribus lubentes pascimur. Socra. Non admo-
dum tinctum est. Philip. Istud nil refert, pinguedo ni-
mia uocis affert raucedinem. Socra. Bibite & nunc,
ne aridus in stomacho marcescat cibus, Cereuisiæ hau-
stum ad mensam semper primum sumere soleo. Pet.
Per Herculem opipari saporis est Cereris iste potus.
Socra. Domesticus meus est potus, satis uilis, nam fru-
ges perquam care ueneunt, ideo & magis exigua
oportet coquere cereuisiam, non multum possidentem.
Xan. Pernas illas, aut caprimas carnes uel uitulinas
rodite quæcunq; cuilibet sapuerint. Iohan. Hospes,
cypho hoc dimidio te impartiar. Socra. Bibas saluti-
fere. Iohan. Nunc & tu bibendo par pari referas.
Socra. Inuitus maneo debitor ad pocula, uxor haustum
amicitiæ tibi propino. Xan. Sit tibi bono. Petre præ-
bibo tibi. Pet. Accipio lubens, tibi non incōmodet.
Xan. Petre æquali haustu & alteri præbibas. Pet.

Philippe tantum tibi propinabo, quantum accepi ab hospita nunc nostra. Phi. Eccliter bibe, ut dignum est, accipiam abs te lubentissime. So. Serue carnes affer recentes (ut uocant) nitidosq; orbes propone cuilibet. Ser. Efficiam. So. De his agninis carnibus edite, ad esuriei expulsionem, assas carnes non expectetis, nam frustraremini. Pe. Quantum sat est habemus, plura non exoptaremus. So. Licet parce instruxi focum, tamen, ut amicos uos uocaui, credens uos boni consulturos mensæ tenuitatem. Io. Amici ad amicorum lance caseo & cerere redduntur contenti. So. Serue affer bellaria, hæcq; conde, uel culinae affer ministra. Ser. Exequar. So. Hic non omnia habuistis obsonia, si stomachos impleuistis gaudeo: sin minus, boni tamen consulite. Ioh. Satis superq; præsto adfuit edulij. Socra. Serue, hymnum gratiarum ruminæ & lege. Ser. Benedicamus domino. Con. Deo gratias. Ser. Dominus dominantium, omniumq; quæ in cælo & in terra sunt, imperator & conseruator, de his à nobis sumptis nutrimentis, gratiam habeat in æternum. Cō. Amen. Socra. Aequis animis accipite quas obtuli escas, lautiores alia dabo uice. Ioh. Lautissime fouisti nos, gratos aliquando nos exhibebimus.

FVNEBRE CONVIVIUM.

Filius parentibus utrisq; orbatus Hospes,
Martinus, Conradus, Arnoldus &
Mulieres aliquot.

○ me

O Me infœlicem adolescentem, me desolatissimũ
iuuenem, me miserrimũ hominem, quo me nunc
uertã? quid uita mihi opus est? mors præstaret:
cur uiuere exoptarem, cum mihi amicissimi parentes
mei obierint, sola mea solatia & spes qui fuere? O tu
crudelissima mors, quã acerbe me conturbasti. Ar.
Ut ita agis? ut sic eiulas et lamentaris, pudet ne te?
Fili. Ah, quid me puderet, præ dolore & mœsticia quã
agam ignoro. Con. Animũ sume, præcare Deum ut pa-
rentum animæ quiete cœlesti fruantur, lachrymis ip-
sos in uitam non reuocabis. Fili. Ah, ah, uellem & mi-
hi pestis uitam adimeret. Ar. Taceas illa, nondũ Deo
uisum est ut moriaris, mortem precari noli, adhuc ci-
tius quam placebit tibi aderit. Fili. O deus misere mei
miserrimi, & ab hac luce tollas ut una sim cũ manibus
meorum dilectorum parentũ. Mulie. Lachrymas siste,
& præcare requiem tuis defunctis parentibus, nos huc
ueniemus uinũ afferentes consolatũ te, simulq; et tecũ
exporrectum frontẽ. Fili. Nunc non est mihi, neq; ani-
mus neq; tempus letitiæ, frustra aduenistis, exhibari
re nulla possum. Mul. Animum lætum tibi reddemus fa-
uente Deo, antequã hinc abibimus. Fili. Istud si pote-
ritis admirabor, credo quã si natura mea à summo Ioue
immutaretur, uix lætus fierẽ, adeo totum me luctus et
dolor omnib; partibus corporis, ut sagitta penetravit.
Mul. Vino te ab omni mœrore illo liberabimus. Fili.
Tum potitabo uobiscum, ut animum recipiã. Con. Ci-
bum & uinum afferimus, quo te donabimus, & ipso

1 5 animum

animū tuū aspergemus, ut alacrior fiat, ut mente capti
aqua perfunduntur. Fil. Sedete iubebo mensam sternere
re seruum. Mul. Nos ipsam lintheo ipsæ tegemus, sine
famulum suum pensum persoluere. Fil. Nunc edite &
bibite, si quid opipari attulistis è uestris poenatibus, hic
omnes luctu sumus obruti et cōsternati quod ciborum
penitus obliuiscimur pane et potu cōtenti. Mar. Hae
uice oculos à lachrymis terge & genio indulgeas. Fili.
Vix potuero. Con. Vno aut altero calice epoto redibit
mentis alacritas, hoc poculo integro te consolabor, ut
post me ipsum & tu ebibas. Fili. Timeo ut potuero
gemitus & cordis tormentum uix cōcedet. Ar. Conan
dum quippiā prater opinionem, non demittendus ani
mus, constantia uel magnanimitas uiros & arguit &
cōmendat, flere, lamentari, eiulari, mulierum sunt, ui
ris inhonestissima. Con. Poculū fac ebibas. Fili. Propi
no tibi amicissime. Mar. Accipiā libēter. Bibas foelici
omine. Ar. Propino tibi Iohannes dilecte in honorem
tuorum proborum parentum morte iā ablatorum tibi.
Fil. Illorum nomine per uices post te bibā. Vicina hunc
calicem ebibam, uis & tu deinde ipsum exiccare. si ti
bi præbibero? Mul. Volo etiā si adhuc duplo esset ma
ior. Fil. Ut bibero, ita post me potabis et tu. Mu. Faciā
Fil. Viden, exorpsi, elābes & tu. Mu. Non omittā, tibi
propino Conrade. Con. Bibas nomine superum. Ar. Ut
nunc te habes Ioannes dilectissime, nunquam mæror di
scutitur tibi in animo? Fil. Labascit, nonnihil hilarior
sio. Mar. Vinum solet hominum curas ut cunq; magnas
soluere

*soluere. Fili. Gaudeo uos me accessisse consolatum, si
unquā licebit per opes, rependam. Miror tamen, unde
mos sit ortus per uinum & conuiuium consolandi lu-
gentes defunctos. Ar. A gentilibus Thracibus, qui ho-
minum puerperia luctuosa, sed funera letabunda ha-
buerunt.*

CONVIVIUM NVPTIALE.

Sponsus, Anna sponsa, Parentes amborum,

Amici inuitati, Famuli & Cytharædi.

V*incti nunc sumus iugo matrimonij & capistro
inextricabili. An. Laus superis, nostrum ma-
trimonium fortunet supremus. Spon, Id faciet
spero, si nos concorditer uixerimus. Par. Salutem
exopto tibi fili mi. Spon. Gratiam habeo mi pater.
Par. O filia mea, fac cum tuo marito uiuas tranquil-
le. An. Discors ipsa nunquam ero, si ipse non litem
seminauerit. Par. Ambobus sit fœlix fortunatumq;
coniugium. Spon. Sic faciat Dei filius ipsaq; uirgo
Deipara. Pa. Sponsus mensæ accumbat tum & inui-
tati discumbent. Ami. Fœlicitatem initi matrimonij
optamus sponso & sponsæ. Spon. Gratia sit uobis
omnibus. Pa. Saluos uos aduenisse gaudeo nomine spon-
si & sponsæ. Ami. Vbinam sponsum conueniemus? Pa.
Iam aderit, En alias inter amicos nugatur cum acce-
dite. Ami. Salue sponsæ. Gratulamur tibi ob hunc diem
genialē, nouāq; tuam nuptā, et multum optamus fœli-
citatē. Spon. Par uobis deus referat, et qd' dignati estis
meas inuisere nuptias. Ami. Maiora tuorum parentum
causa*

causa faceremus. Spon. Mutuum reddā, si quāq; in ser-
uire potuero uobis, nunc discumbite, edendi tēpus est.
Am. Obsequemur. Spon. Vos famuli fercula afferte.
Fam. Præsto sunt, tu conuiuiis præponito. Spon. Istud
uos exequimini, ipse prandiū consecrabo hymno. Be-
nedicite. Am. Dominus. Spon. Christi dei filius, hoc
prādiū bñdicere uelit sua gratia, nostroq; huic inter-
esse conuiuii nuptiali, ut quondā in mūdo humana car-
ne, in Cana Galileæ cum gloriosa sua matre Maria di-
gnatus fuit adesse. Am. Amen. Spon. Nunc amici om-
nes patinis et poculis uos consolamini, et reficite. Am.
Facere istud esuries nos belle docebit. Spon. Fortiter
edite, sat uini & cibi præponetur. Am. Sponse propi-
no tibi, in fœlicitatem tuarum nuptiarum. Spon. Sit
saluti. Amici mei, cognati & agnati præbete uos hila-
res rogo. Ami. Faciemus, ne cures. Quomodo pugni
tibi placuerūt, quos hodie in templo accepisti, fuerūt
ne molesti? Spon. Mordebant me nōnihil, tamē in hoc
me consolabar, quod uibices non intulerunt. Ami. Cur
plagis ita novos sponfos tundant, scis ne? Spon. Igno-
ro, nisi quod cōsuetudinis est. Ami. Audi, tibi dicam, sed
ioco accipias. Spon. Non me offendet. Ami. In æde sa-
cra noui sponfi pugnis afficiuntur ut assuescant, tum
uerba, tum uerbera ab uxore, noua sua sponsa ferre.
Spon. Portendit illud? Ami. Vtiq;, sed compertum ne
habes, cur cæretum lumē ardens sponsæ præferatur in
templum? Spon. Non. Ami. Ideo qui uxorē ducit do-
rum, flammam in ædes accipit, et perpetuum tormen-
tum

tum. Spon. Spero talia me in sponsa mea non habitu-
rum. Ami. Neq; istud nos credimus. Pa. O fili circum-
eamus exceptum conuiuas, caro assa proposita est.
Spon. Congrediare tu pater, meo loquere nomine. Pa.
Agimus, habemus & referemus uobis gratias, sponsus,
sponsa, nosq; ipsorum parentes, agnati & cognati, par-
pariq; rependemus, ubi obsequio nostro indigueritis.
Ami. Grati erimus: qd' aduenimus, sponte & lubentes
fecimus. Spon. Vos ministri tollite singula, tempus est
ut munuscula dent amici, & choreæ ducantur. Pa. Fa-
ciemus uelociter. Spon. Gratiam dicamus domino deo,
qui nos paut, suaq; gratia has nuptias fortunare ue-
lit. Ami. Amen. Ami. Hoc munusculo aureo sponsum
& sponsam donamus, quoad filij nostri adoleuerint,
tum repetemus. Pa. Gratiam referemus, & compen-
sabitur.

CONVIVIUM EPICUREVM.

Zeno hospes, Sardanapalus, Philoxenus &
Aesopus Conuiuæ, Seruus.

O Vos discipuli mei & conuiuæ, quid in mundo
fœlicissimum esse creditis, hominisq; summum
bonum? Sar. Incerti sumus, tu nos ut præceptor
instrue. Ze. De summo hominis bono in mūdo sententiæ
fuerunt uariæ: aliqui in gloria, in diuitijs nonnulli, alij
in uirtute, alij in sanitate corporis, ponūt omnibus aut
illis nos uerius dicimus in uoluptate corporis, in cuti-
cula scilicet curāda esse situm optimū hominis bonum.
Phi.

Phi. Qui hoc sciemus colende præceptor. Ze. Cōtem-
plamini animalia tā bruta quā rationalia omnia uide-
bitis natura esse procliuia in uoluptatem & gulam, in
crapulam, & esuriem, famem egre ferunt, ferreque
diu nō possunt. Aeso. Sentio & in meo corpore calcar
esse incitans me, ad curā palati, stomachi, gulaque, satu-
ritatē & expletionē. Ze. Quod natura omnium rerum
parens & altrix ingenuit homini, quis hoc pessimum
diceret? Sar. Certe nullus sane mentis. Ze. optimum est
quod conducit, prodest et iuuat, nōne? Phi. Inficias ire
salua fronte nemo pōt. Ze. Voluptas aut uel cura cor-
poris ipsi homini confert plurimū: uitam conseruat,
corpus alit quo fulcito & uino, etiā anima, in homi-
ne pars nobilissima, ualet. Corpus enim est animæ sta-
bilimentū et fulcimentum. Aeso. Abeant igitur eruma-
nosi Solones, famelici illi philosophi, qui sua fraudāt
genia, se macerant, maluntque stomacho inani et uacuo
philosophari, quā saturi & pleno uentre. Ze. In meas
uos iurate leges, mihi uos addicite. Philosophiā uos do-
cebo & animæ & corporis culturā afferētē. Sar. Tuas
ferule subdemus manus præceptor colendissime. Ze.
Non olim fecisse uos pœnitebit, erudiam namque uos in
philosophia lucernaria, quā ad lucernas domi egentes
imbibunt Sophi ipsi. Deinde Philosophiā Epicureā &
uoluptariā qua apud uulgares passim in tabernis, ubique
apud principes & reges grata sit uestra & præsen-
tia & conuictus. Phi. Quæ ista erit philosophia uolu-
ptatis? Ze. Ut alijs præscribere poteritis, quomō stu-
dere

dere crapule, gula, et uentri debeant. Sar. Istud si nos-
sere in loco uatici magni estimare, nam nosco com-
plures, qui omnia metiuntur crapula. Ze. Xerxes rex
Persarum repertori noue uoluptatis constituit precium.
Phi. Et quod aeruosis alijs philosophis premij pollicitus
est, qui abstinentia uictitadu esse dicunt. Aeso. Illis mediu
digitum ostentat. Ze. Peruulsi ubiuis gentium nostram
sententiam sequuntur, diu noctuq; poculis & patinis
addicti. Phi. Apud Milesios magno in precio uolup-
tas habetur, fames spernitur, expellitur, extremumq;
maloru estimatur. Ze. Sybaritae delicatissime uictita-
tes, in annu integrum unius conuiuij apparatus fecerunt.
Conuiuas ante anni auspiciu uocauerunt, quo se or-
nandi restaret sat temporis. Sar. O ter quaterq; beatos
& sapientes illos Sybaritas. Aeso. Tarentini quoque
molles, & delicati sunt nuncupati, ob uoluptatis assi-
duum studium. Philo. Precepta nobis prebe, quo illam
uoluptate felicissimum hominis bonum, amplecti po-
terimus utrisq; brachijs. Ze. Faciam, aduertite, Quo-
ad uixeritis, Edite, bibite, ludite, & cum uos mortales
noritis presentibus uos explete, post morte nulla uo-
luptas, post funera puluis eritis, ea habebitis q; libidine
exaturata in uita hausitis. Ut quondam Sardanapalus
ille noster rex Assyriorum in sepulchri sui Epitaphio
inscribi iussit. Sar. Quam miseri haftenus desipimus,
chartis addicti, in media uitam egimus. Ze. Tandem resi-
pite, non minus poculis & patinis, quam laternis Phi-
losophicis dediti sitis. Philo. Exequemur fidelissime.
Zeno.

Zeno. Edite, bibite, curate cuticulam, genio indulgete,
sic & hominibus accepti eritis.

CONVIVIUM CANINVM VEL
CEREALE.

Salacon Hospes, Codrus, Yrus,
Amyntas Conuiuae.

S Aluete sodales mei pauperrimi, quid hic gradum
sistitis, nihil uobis domi est negocij? Co. Nihil neque
negocij, neque cibi, neque potus, sed esuriei plurimum.
Sa. Caretis & pane & aqua? Yrus. Satis multum aquae
in edibus habemus, sed illa sitim non famem comprimit.
Sa. Si esuritis, uenite ad meos poenates mecum comes-
satum Am. Ah, quid tu nos aleres, tibi frumenti est pe-
nuria & uictus. Sa. Domi meae mihi tantum adhuc sup-
petit comeatus, quo uos saturabo uestrasque coniuges.
Co. Credimus, uerbis nos pasceres abunde & nugis, at
non mensae pabulo. Sa. Stomachis uos farciam, crepitan-
tia intestina pacata efficiam, saltem credite & congre-
dimini. Yrus. Fide damus, sed uide ne nos ludos habeas.
Sa. Ridere non soleo amicos, licet aerumnosus sim. Co.
Quid nunc cibi habes quo uescemur? Sa. Aliquot mihi
sunt frusta panis ostiatim collecta dura et forte mu-
cida, uilisque cereuisia, & iusculum emendicatum. Am. Vi-
ctus est uobis genuimus, ad stipem namque roganda nati
credimur. Sa. Sedete & requiescite, in cibi sportula
edenda quaerant. Co. Sed propera, acriter esurimus. Sa.
Istos orbis panarios adipe limitos edite procoenij loco,
quo

quoad aliud attulero. Am. Precemur prius Deo nostro
redemptori hymnum. Sa. Benedicite. Con. Dominus.
Sa. Christus Dei filius Deus & homo, qui suo gratioso
sanguine nos redemit, dignetur nobis exiguum et cere-
ale pradium benedicere qui sui sumus exemplar pau-
pertate et mendicitate nostra. In nomine Patris et Fi-
lij & Spiritus sancti. Con. Amen. Sa. Orbes nunc illos
panarios carne unctos edite, caro discessit in alium diui-
tum, nobis pauperibus in his orbibus reliquit pingue-
dinis uestigia. Co. O quam mellite sapiunt. Yrus. Lōge
dulcius carnes, cuius iusculo madent, sapuerunt. Am.
Optimum cōdimentum fames est. Co. Verum, crudas
fabas (ut uulgo fertur) sapere ac coctas efficit. Sa.
Nunc eleemosynas has edite, duræ sunt, attamen stoma-
chum replebunt æque ac mollissimæ forent. Yr. Sitio,
quid in lignea hac lagena est potus? Sa. Cereuisia est è
solo fursure cocta, quã uulgo tenuẽ potũ dicũt. Co. Pi-
tisabo eam. Sa. Facito, forte palato nõ displicebit. Co.
Utcunq; ualet, uerum nõ satis igne est elixa. Sa. Stoma-
chus cōsumet quod ignis calore nõ præstitit. Am. Præ-
ter hoc nihil qd' edamus, habes? Sa. Nonnihil iusculi
mihi est, sed frigidum, lignis careo, alias calidum facrẽ.
Am. O te miserrimum Salaconem, cares lignis? tamen
foris ambulas laute uestitus ac opulentissimus esses. Sa.
Interdum conductitijs me orno uestibus. Co. Mortali-
um omnium nos miserrimi sumus, qui ad crepidinem et
fores diuitum cogimur cōmeatum cōquirere. Sa. Mi-
seriæ nostræ meminit Plautus dicēs: Miser homo ẽ, qui
K ipse

ipse sibi quod edit, querit, et id egre inuenit: sed ille
miserior qui et egre querit, et nihil inuenit: ille miser
rimus qui cum esse cupit, quod edat non habet. Am. Speran-
dum, quod aliquando nostra fortuna immutabitur, nam
omnium rerum (ut Comicus dixit) est uicissitudo. Tr.
Salus unica nobis est, ut Capnion scripsit, quod nihil
possumus perdere, cum nihil habeamus. Sa. Diuitum ui-
ta semper est sollicita et curarum plena. Co. Hinc sol-
uimus anchoram emendicandi, iam hora instat, nam
apud diuites modo mensae tollentur. Am. Hymnum gra-
tiarum actionis dicas. Sa. Deus pauperum consolator
omniumque alumnus, de habitis hic bolis gratiam habeat,
nobisque sit auxilio, ut alias dapes precarias nanciscamur.
Con. Amen. Sa. Nunc quisque diuitum aulas adcat
stipem precatum in coenam. Con. Fiet, tu uale.

¶ Conuiuium plebeium uel uulgare.

Henno hospes, Greta uxor, Dromo, Parme-
no & Simo, Vincini & Conuiuae.

DRo. Vbi est noster uicinus Henno? Gre. Non
procul abest, quod ipsum queritis? Dro. Conuiuae si-
bi esse uolumus, si integrum fuerit. Gre. In hor-
reo est, dans pabulum equis, aduocabo ipsum. Heus heus
Henno adsis. Hen. Quid me uis? Gre. Hic nonnulli te
conuentum expetunt. Hen. Adero celerrime. O mei ui-
cini quid uestri aduentus portendant, quidue aduenistis?
Si. Venimus tecum pransuri, domi nostrae culinae argentum
uxores in agris sunt et hortis. Hen. Per Hercule infae-
lici auspicio aduenistis, ignoro an noster focus splendeat

Gret.

Greta, & quid in prandium nobis parasti eduliorum?
Gre. Olusculum cum duobus frustellis carnis porcinae.
Hen. Sufficiet, tum et butyro ac caseo uescemur, sed est
ad edendum maturum? Gre. Pene, quando uolueritis
luntheo mensam tegam & prandium parabo. Hen.
Quam primum potueris, facito, hi uicini forte esuri-
unt. Par. Non usq; adeo. Hen. Ex aquali lauetis manus
& mensae assidete. Dro. Fiet, nunc quisq; apd' se ora-
tionē dicat, hic nullus est q; latine cibū benedicat. Hen.
Ipse dicā Benedicite: in nomine patris et filij et spiri-
tusanti, Amā. Par. Est benedictio admodum succincta.
Hen. Eam Parretianus quondā docuit me. Olere &
carne illa porcina famē pellite, uenistis subiti hospites
ideo & pntia boni consulite, si aduentus uestros pre-
sciuissemus, splendidius parauissemus cibum. Pa. Sile-
as, illa domestica patina et in aedibus nostris uiuimus,
quid ni & tum apud te ipsa essemus cōtenti. Sim. Mul-
ti patinas alienas spernunt, et in suis tugurijs uix nudo
pascuntur pane. Dro. Ipse reijcio & contemno nihil,
præter pugnos. Gre. Edite de olere illo, hodie in hor-
tulo nostro recens est decerptum. Pa. Belli saporis est,
nam adipe madet. Simo. Porcina caro illa pinguet
admodum. Hen. Sus erat nostra cura alitus & educa-
tus. Simo tibi præbibo de hoc potu nostro domestico.
Simo. Tibi non incommodet. Dromo. Tu mihi pro-
pines, nam sitio acerbe. Simo. Postquam bibero, tibi
lagenam porrigam. Dromo. Bibe raptim, morari ne-
queo. Henno. Tu uxor mea dilecta, lactis coagulate

aliquid prome, si quempiã delectaret. Gre. Afferam;
 sed forte dulce non erit. Hen. Salubrius est, sine dulcea
 dine. Gre. Qui capitur lacte, edat. Dro. Plurimũ meo
 arridet palato. Par. Tempore æstus stomacho cõuenit
 admodum, quia frigore suo ipsum perfundit. Hen. Si
 lubet, cibo non parcite, aut carne, aut lacte uescimini.
 Par. Adulti sumus, edẽdum esse scimus ad dapes et pa
 tinas. Hen. Caseum si quẽ habes pinguedine conditum,
 nõ è uiciato lacte paratum, cum deprome et butyri res
 centis nõnihil. Gre. Butyri illud Maio mēse cõtusum a
 me, eo panem limite. Hen. De hoc caseo sumite aut but
 tyro, ut lenes animis efficiamini. Simo. Vicine noster
 Henno tibi propixo. Hen. Salutẽ opto imbibas. Dro.
 Fac tolli mensam, nobis in rus ad uxores eundum est.
 Hen. Vxor conde singula. Gratia sit cũclipotẽti Deo,
 qui nos alit sua clemẽtia, crescereq; è terra facit, quo
 nos indigni uescimur. Per Christũ dominum nostrum.
 Con. Amen. Hen. Vicini mei parcum hoc prandiolum
 gratis accipite animis, uile fuit, ut uillicorũ solet esse
 mensa, uino caruimus, nam care uenit, bibẽtibusq; ob
 esse solet. Con. Tibi nunc agimus gratias, si aliquando
 tibi libuerit, rursum & ad nostras edes patinas.

CONVIVIUM DIVITVM SIVE
 OPVLENTORVM.

Cresus hospes, Crassus, Alchmeon,
 Tantalus, Seruus, Vxor.

Serue i uocatũ ad me Crassum, Alchmeonem &
 Tantalum, ut mihi in prædio sint cõuiue, alioqui
 soli.

soli cœnatura. Ser. Ibo facessum mandatum. Cre. Die
me nolle ut emanent. Ser. Eloquar, Salue Crasse. Cra.
Et tu. Ser. Rogat herus meus ut sibi cœuiua esse digne-
ris. Cra. Certe minus mihi iam est integrũ. Ser. Iussit
ut dicerẽ se nolle recusari, etiam Alchmeonẽ et Tan-
tulum uocabo. Cra. Age tum ueniam. Ser. Facias, ab eo
quæsitum et alios duos. Sis saluus mi Alchmeon. Alch.
Tu quoq;. Ser. Herum meum conuenire debes iam in
prandiũ. Alch. Prandebit solus? Ser. Non, sed Crassus
ipse aderit, & Tantalum iam ibo uocatum. Al. Tum
lubens adueniã. Ser. Præter uos tres penitus neminem
ad mensam inuitauit. Al. Abi Tantalum quæsitum, ego
me accingã. Ser. Ibo. Salue Tãtale honestissime. Tan.
Et tu saluus sis. Ser. Vult dominus meus ut secum præ-
deas, est qd' te conuentum cupit. Tan. Iam uolebam au-
spicari prandiũ. Ser. Parcas isti impendio in uesperum
& ades nostras inuise. Tan. Auscultabo & comitabor
te. Ser. Sic facias, & hero meo rem gratã facies. Cre.
Aduenire uestrum est gratũ mei amici, uocaui uos alio
qui solus prandissem, quo nihil magis aduersum mihi
est. Cõ. Et nobis acceptius nihil est quã aliena uiuere
quadra. Cre. Manibus aquam præbe tu serue. Lauetis,
deinde accumbite. Tu Crasse istuc sedeas, tum tu Al-
chmeon, deinde Tantale accubitũ eas. Cra. Tu hospes
superne et prior accũbas. Cre. Hic mihi & meæ uxori
est sedendi locus. Benedicite. Con. Dominus. Cre. Chri-
stus saluator omnium, redemptor & credentium, no-
bis huius prandij alimenta benediãta facere uelit, ut

K 3 ipsa

ipsa in salutem animarum sumamus. Con. Amen. Cre.
Has gallinas dirumpite, es iusculo exotico bolos panis
mafacite. Con. Nō negligemus. Cre. Serue uinum cy
athis infunde uetus et nouum. Ser. Effectū reddā. Cre.
Bibite hilariter hospites mei, sat uobis largiar. Al. Im
pigri ad epulas esse solemus. Cre. Poculum hoc uobis
præbibam, ut grati uestri sint aduētus. Tan. Salutifere
sumas haustū istum. Cre. Serue tolle hæc & assas car
nes præbe & puras quadras. Cra. Alchmeon calicem
medium tibi præbibo. Al. Sit cōmodo. Cra. Nunc et tu
bibe. Vx. De his perdicibus, uel lepore aut capis illa
ridatis edite. Quisq; suo palato iucundū accipiat. Cra.
Crese hospes propinabo tibi, si alteri præbibere uolu
eris? Cre. Bibe, mei muneris ad pocula immemor esse
non soleo. Al. O quā delicatos et uoluptarios dies agi
mus nos opulenti, cum interim pauperes esuriant. Tan.
Panis uix sat habent nōnulli inopum. Cre. Opum mihi
tantum est, quo exercitum alere uellē copiosum. Cra.
Et ego et frugibus et ære abundo non parum. Tan. Ar
genti et bonorum aceruum et ego possideo. Cre. Viui
mus igitur genialiter. Cra. Posteris meis non multum
relinquā. Tan. Opibus ego quoad uixero potiar, nepo
tes mei si egebunt, quærant, ut ipse quondā feci. Vx.
Sed interim cibi estis immemores. Cre. Serue bellaria
affer Cra. Illa non expectabimus. Alio nos uocant ne
gotia, fac hymnum legi, nobis abeundum est. Cre. Be
nedictus qui est in secula seculorum, nostro nomine ha
beat laudē et honorē, nostriq; misereatur. Con. Amen.
Conuiu-

CONVIVIUM PASCHALE.

Paterfamilias, Ioannes, Marcus, Benedi-
ctus, Iasperus, Gotfridus, Thylman-
nus, Famuli domus.

VT se habent uestri stomachi et uentres, sunt ne
uacui? Fa. Crepitāt instar ueteris membrane
librorum, nouarum solearum. Mar. Ecastor
ilia mihi crepant, fauces lipiunt fame, crura ferre me
nolunt, brachia uix tollere possum, ita uiribus ieiunio-
sum exhaustus, instar lucernæ oleo exiccato. Pa. Aqua
manus singuli abluite, paschalibus et nouis cibis amif-
sas corporeas uires resarciemus. Be. Impigre nos accin-
gemus patinis istis. Pa. Bñdicite. Fa. Dñs. Pa. Hæc est
dies q̄ fecit dñs, exultemus et lætemur in ea. Pascha no-
strū immolatus est Christus, itaq; epulemur in azymis
synceritatis et ueritatis Alleluia. Pater noster. Ouum
quisq; accipiat, deinde de perna et alijs carnibus. Thy.
Esuries & fames mihi fuit uehemēs. Pa. Eā mutes iam
saturitate. Ias. Laus superis qd' ad hunc diē superstites
mansimus. Got Gaudeo plurimū huiusmodi pisces in
patinas rediisse. Mar. Hi pisces robur præbēt maius,
quā esurialis cibus. Be. Istud hodie experiar an uires
accipiam ualidiores. Pa. Alterum edite ouum si lubet.
Mar. Vnum adhuc edam. Thyl. Pernam ego petam cul-
tro, experiarq; ut sapiat. Bene. Marce, quot oua
una uice posses ingurgitare? Mar. Octo sine opera et
labore. Ioh. Dura an mollia? Mar. Adhuc fluida.

non indurata. Io. At cuius generis uel farinae? Mar.
Gallinis parta. Io. Aestimabā ea quae ad sepes iā sole
torrentur. Mar. Illa tibi uulturi essent apta. Thy. Tu
in ouis edendis octo aliorum munere posses fungi, Ias.
Edendo ipsa pensum meum bellie persoluere uellem, si
certatim comederemus. Pa. Carnes iuscule elixas affer
tu puer. Præbibo uobis hoc sacro paschatis die. Fam.
Conferat tibi bibenti. Pa. Inuicem uobis præbibite, læ
tosq; animos poculis uobis facite. Got. Iohānes amici
tiæ & charitatis haustu te adoriar. Io. Accipiā abs te
lubenter. Be. Hero nostro propino. Pa. Bibe foeliciter.
Puer, assas carnes prome, his saturi sumus. Io. Bñdicte
uitrum hoc tibi mediū propino, uerum tu bibe quātum
uolueris. Be. Auspicato bibas, tum et ipse potabo. Ias.
Thylmanne á prandio tuas ædes inuisemus omnes, uis
nos ouis excipere? Thyl. Ne gry quidem largiar. Ta
bernae hospes non sum, si cōuiuari uultis diuersoria ac
cedite. Got. Marcus nos medio agno, frustoq; uitulinae
carnis exciperet, si suum domicilium adiremus. Mar.
Ad kalendas græcas. Be. Nihil immune nobis dares his
sacris ferijs? Mar. Nil nisi sellas & scamna uobis im
partiar. Be. Istis tu stomachum ieiunum pascas. Pa. Ci
bo utimini ut tollatur, appetit hora concionē sacram
audiendi, qui assa carne delectatur Crisippū non agat.
Puer bellaria fac adsint, et hæc ut tollātur. Thyl. Mar
ce, haustum paschalem tibi propino. Mar. Quid pa
schalem? uini haustum malo, eo corculum meum iuuo.
Pa. A cibo templa addite, auditum sacram concionem,
precesq;

precesq; uestertinas, & ad coenam in tempore adfitis
denuo, sacratissimæ hodie sunt feriæ. Got. Nusquã ibi=
mus nisi fortassis ad Marcum, degustatum de ouis suæ
mensæ. Mar. Si ueneritis, ante forcs uobis mandandum
erit. Pa. De his nouis et paschalibus obsonijs benedici=
mus domino. Fam. Deo gratias. Pa. Benedictus et glo=
riosus sit Dei filius, qui hodierna die á morte resur=
gens, ab æterna nos liberauit morte. Fam. Amen.

CONVIVIUM NVNDINARIUM,
sive dedicationis Templi.

Villicus, Vxor, Pistor, Textor, Calcearius
ex urbe Ciues, Seruus.

CVra uxor mea Elsa, ut sacrificio missæ peracto,
piper cæteraq; obsonia sat cocta sint, forte ex
urbe nos amiculi nonnulli inuisent. Vx. Enitar
pro uiribus, tu seruum iube scopis uerrere pauimentũ
horrei uel cubiculi, in quo cõuiuæ sedebunt prandētes.
Villi. Serue cubiculũ istud á pulueribus redde purissi=
mum, parietibusq; adherentes aranearũ telas depone,
ne quid sit quod conuiuis nauseam inferat. Ser. Cura=
bo. Villi. Piperis habeas præcipuam curã, uel ne adu=
ratur neue insipidum fiat, nã ipsum in primis nundina=
rum tẽpore palatis aduenarũ placere solet. Vx. Que
culinæ sunt munia, sine te exequar bellissime, me co=
q̃re pmitte, et tu cocta edas, satis adulta sum, nõ egeo
in coq̃ndo te instructore. Vi. Hic adueniũt tres amiculi
ex urbe. Vx. Qui sunt? Vil. Pistor noster socer, cal=
cearius

K 5 cearius

cearius affinis, et textor cognatus nobis. Vx. Veniunt
inuicem? Vil. Etiā et manibus cōfertis se ut amicissimi
ducunt. Vx. Subito nunc tu serue mensam sterne, sin-
gulaq; quibus opus erit, impone. Ser. In illo moram nō
faciam. Vx. Ipsa tum obsonijs properabo ocysime. Pi.
Sis saluus ò Villice, quid geris? Vil. Salui sitis & uos.
gratulor uestro aduētui. Pi. Vbi nundinae sunt, uel nun-
dinarum gaudium, in tēplo ne uel ad focum? Vil. Spero
quod utrobique. Tex. Praestat in coquina, quā in tem-
plo nundinas esse, nam stomachis prodest magis. Villi.
At plebearius noster mauult in aede sacra nundinas ce-
lebrari. Cal. Unus ille homo est, cuius inexplebilis est
loculus. Vil. Adsitis, lumen transcēdite, mox prandium
instructur. Pi. Vbi uxor latet? Vil. In culina ad focum,
ad posticum si opus est mictum ite, iam piper perco-
ctum erit. Te. Urina nō premimur. Salue Elsa, ut uas-
les, tu sollicita Martha es. El. Grati aduenistis, ualeo
bellissime, sed sine pecunia. Cubiculum intretis, iam
obsonia mittam à foco. Vil. Ex aquali hoc manus mitti-
date, tum mensa assidete, loco bñdicite quisq; orationē
apud se dicat, hic doctus nō est. Pi. Cruce signemus cō-
secrabiturq; cibum nos ipsi, ubi eruditus defuerit. Vil.
Piper hoc degustate, spero palatis placebit. Tex. Sapē-
dum est oppido. Cal. Adueniat uxor tua. Vil. Illa culi-
na penso excreto, adueniet. Edite alacriter, caro in
pipere cocta lepuseculus est, heri à me uenatus. Pi. Li-
cet tibi per nobiles uenari lepores? Vil. Nundinarum
hoc tempore concedunt. Cal. Elsa coquere nosti da-
psilice

psilice. Vx. Coquo more uillico & agresti, ut rustici
edunt. Pi. Sat opimus est apparatus & delicatus. Vil.
Bibite de hac uillana nostra cereuisia. in urbe precio=
siozem haberitis. Tex. Satis iucunda est sapore. Vx.
Piper hoc lambite, tum intus denigrabimini. Pi. Mul=
tum ipsius edimus. Vil. Vxor tolle piper, & tosta af=
fer carnes. Tu serue uinum cyathis infunde. Vinum
hoc hic in nostro Oenopolio uenditur sedecim obolis.
Pi. Vili ære uenit, dignum ut carius uenderetur. Tex.
Præbibo tibi Villice. Vil. Profit tibi. Agnam carnem
ad ueru paratam attingite, delictiorem non habebi=
tis. Omnibus præbibo ut accepta sit uestra præsentia.
Cal. Bibe dei nomine. Pi. Audio utricularium, chore=
as ludit, pergemus illuc et nos. Vx. Prius oremus. Vil.
Agimus gratias uero Christianorum Deo, ob omnia
nobis præstita beneficia. Pi. Amen. Vil. Nunc abite
ductum choreas.

CONVIVIUM CAMPESTRE.

Campum uiridem animi recreandi gratia accedunt.

Horatius hospes, Henricus, Volffgangus,

Maximilianus conuiuæ, & Matrone

nonnullæ.

Quam dulciter & iucunde nunc aura blandi=
tur, undiq; locorum floridum est, herbis &
frondibus nascentibus. Hen. Omnia nunc ui=
rent, nunc formosissimus annus. Volf. Germinant nunc
omnia, prata, agri, horti & syluæ. Max. Auiculæ
aerem

aërem nunc perstrepunt dulci cātu, è nidis quibus hies
me tota delituerunt, erūpunt. Ho. Egrediuntur et nunc
homines agminatim in campum uel pomeriū, cibo &
potu in uiridibus locis se oblectantes. Hen. Excamus et
nos ad horas aliquot, quid usq; insidemus fumosis &
obscuris tectis, in apertum campum cum auibus repe-
temus. Vol. Rusticari nunc conueniret, si commeatum
haberemus, quo nos ut alij solent homines, exhibare-
mus. Hor. Ipse uobis impertiar pernam suillam, & du-
as uini mensuras. Max. Tum deinde reliquum sump-
tum faciemus nos. Hen. Pari asse deponemus nos alij.
Vol. Nymphas bellulas oportet & congregi, alias hi-
laritatis haberemus nihil. Hor. Vxorculæ nostræ et fa-
mulæ comites erunt nobis, quæ sub pallijs cibatum fe-
rent. Max. Non diu moremur, si quo ire uolumus, pro-
peremus, antequā uespera appetat. Hor. Audi tu uxor
mea, sportulā obsonatoriā para ac reple perna hodie
elixa, & uini aliquot prome mēsuras, in pomeriū ex-
paciatum ibimus. Vx. Dicto citius expediam. Ho. Nos
præcedemus, tu cum culinæ ministra sequere ad portā
nos inuenietis. Vx. Sat est uos pedetentim præcedite.
Ho. Eamus, ponè subibit coniunx. He. Quam delecta-
bile est iam deambulare, & repere sub frondibus et in
uiridi gramine. Vol. Est per Herculē. Max. At, qd' po-
merium accedemus? He. Vbi minus hōminū erit. Ho.
Ibi conuenit, ne multos nostrorum gestuum habeamus
spetatores. Vol. Possent & multi suspicari matronas
q̄ aderunt inhonestas esse, nobisq; amicas meretriceas.

Ma. Via

Ma. Videbimus ubi maior erit solitudo. Hen. Hic in
Oenopolio aliqd uini et nostro nomine emamus. Vol.
Vbi lagena est in qua feremus? Max. Ad fidē dabunt
uinum qui uēdunt, mox rediturum & relaturum te di-
cas. Vol. Quantum portē? Hen. Quatuor mensuras
mercari, tum inter nos exoluemus. Vol. Vbi uos re-
periam? Mar. Ad portā te manebimus. Hor. En alias ā
lōge subsequitur uxor mea, famula comitāte. Hen. Mo-
remur eas tum et uinū ā nobis emptum afferetur. Ho.
Sistemus gradus, perplacet mihi. Vx. Ut ita præcurri-
tis, uix potuimus assequi. Hor. Lento tamen gradu iui-
mus. Ma. Adest & nostri eris uinum. Ho. In gramen
nunc decumbamus. Vxor, deprome quod attulisti da-
pis, tu famula uinum cyatis infunde. Vol. Aegre in
Oenopolio lagenam mutuo dabant mihi, quia ipsis ig-
notus eram. Ho. Edamus nunc, & poculis nos oblecte-
mus. Ma. O quā lepīdum est et iucundū hoc in loco.
Ho. Propino tibi uxor. Vx. Bibe bonis auibus. Hen.
Præbibo tibi. Max. Sit commodo. Ho. Pernam degu-
state, tum bibere delectabit uos. Vol. Adhuc ā prandij
cibo saturi sumus. Ho. Edere si non libet, alacrius bi-
bite. Max. Sipienti propino. Hen. Ille ego ipse sum, ti-
bi pari haustum respondebo. Vol. Puella illa & potus
et cibo abstinet. Vx. Puellarum non est bibere, sed
summīs labris data pocula lambere & pitisare. Hor.
Hesperus instat, redeundum est domum. Max. Quan-
do lubet, in nobis mora non erit. Ho. Exurgite, hinc
abeamus. Hen. Celeres congregiemur.

Conui-

CONVIVIUM SATYRICUM
sive inuectiuum.

Iuuenalis hospes, Bartoldus, Georgius,
Antonius, Martinus conuiuæ
& Seruus.

S Alui sitis literarum cultores feruidi. Bar. Talis
sis et tu poeta eloquentissime. Iu. Quid inuicem
negotij geritis? Ge. Equidē otium nō negotium
agimus. Iu. Nihil literarij tractatis? Bar. Commenta=
mur mutuo nescio quæ. Iu. Non uos præmit æstus? um=
bras petite aut tecta, non parum incōmodet rabies illa
canicularis stellæ, quā nunc sol incolit. An. Domibus
sat per hyemem morati sumus. Iu. Has meas ædes &
tecta subite, potu uos excipiā. Mar. Sumptui isti par=
cas, non sitimus oppido. Iuue. Obsequimini, subitoq;
adsitis nugabimur mutuo: ipse canus, adolescētibus li=
teris deditis delector, ut nihil supra. Ge. frontē perfri=
cābimus, & tua subibimus tecta. Iu. Accedite audiētis
bus animis, meumq; nō fugite seniū, ipse et olim adole=
scens fui. Bar. Canos tuos nō fugimus, sed formidamus
ignoti & pueri, tibi in literis emerito militi cōuiuere.
Iu. Serue i promptum cereuisiæ pocula aliquot & ui=
ni. Ser. Celerrime curabo. Iu. Potus æstus tēpore in pre=
cio est, magniq; æstimatur, ubi calore arēt labella Ser.
Hic potus profit bibentibus. Iu. Adolescētibus uobis li=
terarum cupidis præbibo. Con. Salutē precamur ut po=
tes. Iu. Quisq; uestrum labia potu madida faciat, de=
inde edite, nunc potus acceptior est cibo, sed utro plus
delectamini

delectamini eo utimini. Con. Vtroq; iuxta gaudemus.
Iuue. Sitim postquam sedaueritis, literarij aliquid nu-
gabimur inuicem. Con. De literis loqui nostras ingeni-
orum excedit vires, ipsas primoribus labijs uix degu-
stauimus. Iu. Intellego non usq; adeo ipsarum rudes uos
esse, ut dissimulatis. Geor. Per Apollinem et Palladem
expertes sumus ipsarum. Iu. Ideo me capulari sene nūc
ut duce utimini, respondeteq; quæ queram. Bar. Re-
spondebimus nota, ad ignota obticebimus. Iu. Festis di-
ebus quid gentilibus olim erat negotij à meridie, sacris
deorum peractis? Ge. Per tenebras scio, & Andaba-
tarum more. A præceptore quondam me audiuisse re-
cordor, quod in agris, in uiarum cõpitis conueniebant,
ibidemq; mutuis uerbis in se per uoces inuehebant in-
curribus stantes. Iu. Vere dicis, quisq; alteri sua, si quæ
habuit, scelera obiecit et aperuit. Anto. Non agre fe-
rebat cui cõuitiabatur? Iu. Viciatus rursus in suum con-
uitiatorem dicebat, ut canis morsu petitus remordere
solet. Geor. Spectaculum, me Hercule, iucundum fuit
uisu & auditu. Iu. Sic & uos adolescentuli exercere
ingenia deberetis, ut unus alium nunc laudaret, nunc
uero increpando lederet. Bar. Amicitia mox tum rum
peretur. Iu. Prædicendum esset, ut quisq; alterius bo-
ni consuleret uerba. Geor. Quid si experiremur, an
unus alterum suis posset depingere coloribus. Iuue.
Istud effragito sedulo, unus auspiciam sumat. Geor.
Cuculi progeniei te esse credo per Herculem, pusillus
namq; corpore es, sed uoce magna & uirili, canis
instar

instar bouis, Itaq; miror quomodo in tam paruo cor-
pusculo tuo tanta uis spiritus resideat. Bar. Tu unus
eorum, qui manticā á tergo non uident, aliena non sus-
cernunt uicia, sic tu me pusillum corpore arguis, cū tu
quolibet pygmeo minor sis, gressu tamen superbo, ru-
bea tunica, Thyara preciosa incendens alium & Her-
culem te putas, ac nuper Hannibalem te esse asserebas,
cum ne musculum fugare posses. Ant. En tu Martine
ades? uocaris tu Martinus, ubi equus tuus, cui nuper
insidebas? quis es tu? ambulas nunc pedibus? ab equo
non ad asinum, sed terram transcendisti. Mar. Tu na-
sute videre sine, tu trium teruntiorum homo, tu pomi-
lio, tu lerna malorum, tu morionum hospes stultitiæq;
domicilium. Iu. Abunde ingenia ostendistis, nunc bi-
bite, tum demum regrediemini domum. Ma. Abibi-
mus, tu gratiam habe.

CONVIVIUM LAUDATORIVM.

Demosthenes hospes, Gerardus, Theodoricus,
Kilianus, Vilhelmus, Conuiuæ.

Conuiuas uos uolo á meridie. The. A meridie cur
nō prādiij hora? De. Lautā mihi non est culina,
sed macra, plenaq; araneorum telis, nō pingui-
bus suum pernis. Ger. Per superos, bellus homo es, uo-
care uis cōuiuas saturos, non famelicos, facillimū tum
est sine impendio conuiuatorem esse. De. Conuiuium
apparabo merendinarium, quod á meridie loco cibi
merendinarij agitur inter homines, Kili. Et quid nobis
immune

immune dabis? De. Satis cereuisiæ et edulij nonnihil,
quo bibendi excitetur cupiditas. Vil. Ad quã ueniemus
horã? De. Circiter primã, neq; diutius moramini. Th.
Aderimus in ipso sono primæ horæ. De. Rogo, in tem-
pore huc pedes ferte, agemus palestrã quandã litera-
riam. Ki. Post sublatum prandium huc feremus pedes.
De. Postremum occupabit scabies. Ge. Ratum sit quod
loqueris, postremus q̄ uenerit malo afficietur, domum
iam pransuri ibimus. De. Discedite, propediẽ huc re-
migrate. Vil. Salue Demosthenes orator eloquentissi-
me hic aduenimus oēs, qd nũc nostra tibi cõferet præ-
sentia? De. In amœnissimo meo horto apd' domus po-
sticum situm sub arboribus cõpotabimus et una nuga-
bimur. Ki. In nobis mora non erit. De. Serue ad hortũ
fer potum, cereuisiam scilicet præciosiorem, et bolum-
unum aut alterum carnis. Ser. Præstabo effectum. De.
Me comitamini in horti amœnitatẽ. Ge. Paribus seque-
mur passibus. De. Hortulũ hunc in delicijs meis habeo,
estq; tacitũ delectamentum meũ. Vil. Est iucundissimus
locus. De. Sub hanc arborẽ sedebimus quiescentes, &
de hoc potu exigui ualoris sitim curabimus, præbibo
cuiuslibet uestrum calicem hunc. Ki. Salutem tibi ferat
bibẽti. De. Cõgarruemus, postquã quisq; calicem istum
ebiberit. Ge. Bibimus nunc ordine omnes, quid iam tibi
placet. De. Exercitij ne aliquid indies habetis, quo stu-
dium uestrum corroboretur, magisq; grãdescat in uo-
bis profectus sciẽtiæ? Vil. Nil nisi epistolas scribimus.
De. Exercitatio quædã est, qua nihil est iurentuti uti-

L lius

Uus. Her. Quae illa est? De. Quod aetate sibi parens
uel peritia puerum modo uituperet, modo laudet. Ki.
Eam artem uituperandi uel laudandi ubi disceremus?
De. In Rhetorica, quae uestra indoles non sufficit ca-
pere, uel uti ipsa. Sed alium laudare uel uituperare in-
genij exercendi gratia, ante artem cognitam etiam et
laudis et honoris est. Vil. Laudaturus alium auspiciam
unde sumat? De. A corpore, a genere uel progenie, a
fortune dotibus et scientia, probitate uel moribus,
Edite buccellas aliquot et bibite, tum uicissim uos lau-
dabitis. Ger. ipse glaciem secabo, Bellus tu homo es The-
odorice candidis capillis, modesto uultu, gressu testudi-
neo facie alba, ingenio fecundo, parentibusque opulentis.
The. Te me fricatem refricabo, quod mihi das laudis om-
ne id tibi cooperit. Pulcher es adolescens, flaua coma, ho-
nesto aspectu, gradu egregio, Minerva fertili, et ma-
ioribus diuitibus pugnatus. Kili. O Vilhelme audi a me
tui praconium, parentibus percepi te ortum pracla-
ris, scioque non sterili esse indole, statura non deformi,
scientia non contemnenda, assiduusque es librorum le-
ctor. Vil. Et tu albæ gallinae es filius, neque infelici in-
genio, corporis habitu decoro, ut nihil supra. De. In
laudando alium, semper illud Plinij in mente habete,
Hoc ipsum esse amantis, non nimium laudare.

CONVIVIUM DECLAMATORIVM.

Pædagogus hospes, Ioannes, Hermannus, Alber-
tus, Iacobus conuiuae, Seruus.

Hodie

Hodie dies est, quo à lectionibus feriari est receptum. Io. Noscimus, quid deinde? Pæ. Scitis etiã quid sit ociari à lectionibus gymnasij? uel quid sit agendum, dum à scholæ negotijs est libertas? Her. Tum ludendum est in cãpo, pila uel globo per annulum ferreum, uel cursu uel palestra dimicatoria, aut colluctando. Pæ. Scopum nõdum tetigisti, toto aberras, cœlo. Io. Eo modo tñ feriæ literariæ à nobis hætenus nostrisq; maioribus, dum literas didicerunt, peractæ sunt. Pæ. Istud nihil aliud est, quam uacatione à gymnasio abuti. A prandio huc me accedite, erudiam uos ad horulam unam, quid sit uacare à librorum lectionibus, & quomodo ferias scholasticas commode collocare poteritis. Al. Aduenimus prandij peracta fabula. Pæ. Hic uos operiar, in tempore facite adsitis. Io. Certe reuertemur propediem. Pæ. Magnæ fidei adolescentes uos nunc uideo, quod promissos aduentus re exequimini. Assidete, nonnihil potus afferri faciam, quo linguas irrigemus promptius ut loquamur. Her. Nostri gratia ne assis impendium facias. Pæ. Serue aliquid uini prome & affer. Ser. Expediam quã rectissime. Pæ. Cupitis nunc audire quid sit ociari à lectionibus gymnasij? Her. Anhelamus cupide. Pæ. Post haustum hunc factum, eloquar. Hoc poculo uestros aduentus excipio. Ioh. Gratiam habemus. Pædag. Bibat & quisq; uestrum. Nunc quæ pollicitus sum præstabo. A schola quotiescunq; feriabimini, hoc exercitij habeatis. Iac. Quod genus? Pædag. Audita ruminetis &

L 2 breui-

Breviusculam orationem quandā concinnate, in rei uel
personæ cuiuspiam laudem uel uituperium, quod decla-
mitare olim uocitabant. Ia. Nescimus qua arte decla-
mationes conficiemus. Pæ. Rudem et impolitam ora-
tionem connectite, quoad artem didiceritis. Vnicam a-
me accipite declamationem in literarum laudē. Lite-
ræ, id est, scientiæ nobilissimæ sunt, neq; unquam satis
laudatæ, neq; laudari ut dignæ sunt à quoquā possunt:
multum namq; boni & frugis afferunt. per ipsas po-
steritati gesta indicantur tēporū peractorū: per ipsas,
uirtutes, foelicitas, magistratus, honores, laudes datur
& accumulatur, facilius quā per opes, ipsæ semel
adeptæ, nunq; neq; in uita, neq; post funera decorare
aut ornare cessant habentem. Dixi. Ioh. Periculum &
ipse faciā, cōmendaturus uirtutes. Pæ. Age facito, in-
genio utere tuo foelicissimo. Io Virtus res est ardua
maxime, difficilisq; acquisitu, tandem adeptæ, foelici-
simum reddit, omnia quibus egemus præstat, nam illi
nihil deesse dixerunt scriptores, quē penes esset uirtus,
uirtus omnia in se habet, uirtus ad sydera uehit, uicium
ad ima tartara mittit. Dixi. Pæ. Bibite nunc omnes, or-
dine quisq; calicem exiccet. Her. In harenam & ego
descendam, prudentiæ præconium dicturus. Prudentia
uirtutū omnium nobilissima, in cognitione rerum cōsi-
stit, qua cognitiōe nihil est homini honestius, scire lau-
dabile, nescire uiciosissimū est. Vir prudēs rerum peri-
tus, uno minor est Ioue, inquit Poeta, ignorans à cau-
dice differt nihil. Dixi. Pæ. Calicem quem meritis
es, bibe

es, bibe, cæterisq; præbibe. Al. palestram ineam et ego
liberalitatis Encomium prolaturus, Liberalitas ea uir
tus est, quæ humanum pium & benignum esse docet
hominem, datq; ubi dandum est, seruat ubi retinen-
dum est, sua non prodigere, neq; tenacem esse, ut est,
Euclio Plautinus. Dixi. Pæ. Bibe poculum quod me-
ritus es, & alijs propina. Sic uestra oia transfigite,
tum in eruditos euaderis uiros. Io. Curabimus, tu ua-
le & gratiam habe.

CONVIVIUM RECONCILIATORIVM.

Hospes, Arnoldus, Henricus inimici inuicem,
Iasperus, Crato Reconciliatores.

VT sic rixamini inuicem canum more, nihil uos
pudet? Hen. Iste malorum lerna, suis semper
uerbis me insectatur malis, nequeo ipsi obuius
fieri, uel adesse, quin aliqua iniuria me persequatur.
Ar. Tu me tuis dictis semper laceras, rodisq; ac ossa
caniculi: prædico tibi, ut mordere & deferre apd' ali-
os me cesses, aut clauum clauo trudã, quod senties cum
magno tuo malo. Hen. Ah, tu pigmeo minor, quid nar-
ras? ientaculi uice quod est esurienti, id tu mihi esses, si
ad pugnos uentum fuerit. Ar. Sim pomilio quantumuis
pusillus tñ á te, ut inter simias asinus tractari nolo, ne-
q; pessundari. Cra. Huiusmodi silcte uerba, istas lites
componite, longe præstat pax et concordia, quàm si-
multas & discordia. Hen. Tranquillus & quietus esse
uellent,

nellē, nihilq; secum aut cōuictus aut cōmertij habere,
sed liber ab ipso fieri nequeo, insequitur me passim, ut
umbra corpus, succuliq; scropham. Ar. Tuo consortio
carebo facillime. Ho. Taceat uterq;, scio qd faciemus,
quo uos conciliatos reddemus. Hen. Quid? exprime.
Ho. Cōpotatiunculā ad cereuisiæ pocula agemus, tum
inter potādum uestris animis discutiemus rancorē illū
mutuum. Her. Lubet mihi, diuersorium istd cereuisia-
rium intremus, sequimini uos belli belluones poculorū.
Ho. Domi nostræ in umbra sedebimus tranquillius, se-
curius et iucundius. Cra. Præstat suis interesse pœnati-
bus quā alienis. Hen. Potus feratur abūde tū calculum
et rōnē impēdij faciemus. Ias. Adsint et pоторia pocla.
Ho. Afferētur modo. Ias. Prospera sit cereuisia bibena-
tibus. Ho. Et tibi afferēti. Cra. Vos duo hæctenus inui-
diosi inuicē, et mutuo, poculū exhaurite in foelicē ue-
stræ cōcordiæ euētum. Hen. Bibā ubi siti laborauiero.
Cra. Arnolde tibi ppino. Ar. Cōmode et fortunate bi-
bas. Ia. Vnum biberemus, id conuenit recōciliationi.
Hen. Duæ mēsurae uini ferātur, alterā ipse exoluam.
Ar. Alterius sumptum ipse dabo. Ho. I latum uinū, ego
calices uitreos eluā. Ias. Hic uinū affero, sit foelix for-
tunatūq; de ipso potātibus. Cra. Nunc animi prius mu-
tua inuidia turgescentes immutabuntur. Ho. Heus tū
Henrice, ut ita obstipato sedes capite, hāc uini paterā
ppino tibi integrā. He. Accipiā lubēs, postquā ad fun-
dum fuerit exhausta. Ho. Viden? exorpsi. Hen. Video,
et mihi nūc repleas ipsam. Ho. Faciā. En tibi, ipsam fū-
ditus

ditus imbibas. Hen. Istud leuissimum mihi factum erit.
 Ias. Arnolde ut files? fac á te haustu propinatũ acci-
 piam. Ar. Hoc poculũ uini tibi præbibo. Ias. Faustum
 sit tibi opto. Ar. Bibẽdo fac rñde as. Ias. Faciã actutum.
 Ho. Feruent adhuc animi uestri odio mutuo? Hen. Ne-
 quaquã. Ho. Vtriq; calicẽ uini præbibã, quo discordi-
 am in concordia mutetis. Hen. Fiet, tu bibe. Ho. Eua-
 cuau, nunc partite inter uos calicem illum, mediũ qsq;
 epotet. Hen. Arnolde mediũ tibi propino. Ar. Sit fœ-
 lix faustuq; Hen. Mediũ bibi, nunc tu ad fundum epo-
 ta. Ar. Faciam, uiden? Cra. Consertis manibus nunc di-
 scordiam deuouete, cõcorde sq; uos uicturos promittit.
 Placet istud utriq;? Hen. Arridet mihi. Ar. Et mihi di-
 splicet minime. Cra. Ista sancita est recõciliatio. Hen.
 Miror qui fiat, quod ad uini calices homines in mutuã
 redire gratiã solent. Cra. Deus uini habetur Bacchus
 ipse, qui aliquando dicitur Lyeus á Lyeo, id est, soluo,
 quia unum tristitiam & inuidiam soluit.

CONVIVIUM HISTRIONVM,
 SIVE PARASITICVM.

Nero hospes, Buttubatta, Gnato, Curculio.

VNde proditis uos rudes, tremuli, pannosi, ala-
 cresq; animis Histriões? But. E foro. Ne. Quid
 ibi quæstus estis adepti? But. Lucri prorsus ni-
 hil, homines nunc sapiunt Solones, tertiumq; Catonem
 præ se ferunt. Ne. Nõ plus uestris capiuntur gesticula-
 tionibus? Gna. Afferunt mimorũ se, sat domi habere, se-
 ipsos utcũq; Histrionice gestus exhibere. Ne. Vertuntur

nūc omnia ut quæ prius in delitijs sunt habita, nūc iaceant, & nihil ducatur. Cur. Timemus quod esuriendo ad restim nobis res ueniet, quum uictum solitum denegabunt homines. Ne. Animos nō despondete, ipse solus uos tres integri anni curriculo adhuc pascam, ab alijs destituti si fueritis. But. Grati erimus domino regi, nostro unico præsidio. Ne. Estis famelici, libet ne cibum ingurgitare? Gna. Per Hercule, per omnes Deos patellarios esurimus acerbissime. Ne. Pingue hic sumen, pinguiq; exta edite, deuorateq; igne & uino calidos uos facite. But. O nostrum præsidium & unicum asyllum, tu ille nobis es Iuppiter, id est, iuuās pater, ille nobis es deus tutelaris, tutaris nos à sæua stomachi tyrānide, scilicet fame. Ne. Deus uester ero, adiutor et alūnus, si ea quæ interrogauero mihi responderitis. Gna. Ad uerba quæcunq; uolueris, dicemus nobis comperta. Ne. Quæ populi de me est sermo? uerum audire delector, uerum mihi dicite, de me quæ fertur uulgo sententia? But. Passim ad astra referunt, pium, benignum, æquum, prudentem, diuitem, potentem, omnium horarum hominem te esse dicunt, & qui possit æqua discernere læce, qd distent æra lupinis. Ne. O lepidi Histriones, ob istd' nūciū tritis uos donabo lacernis, callidoq; sumine. Gna. Quæ diximus ex oraculo sumus locuti, ita nos patellarij iuuēt dij nostri. Ne. Vos semp iure feci plurimi, uestrū genus semp credidi mūdo utilissimū, hominibusq; diuinitus datum esse. But. Non facile quis dixerit laudem & Encomium nostri albi. Nos
hominum

hominum sumus solamina, nos solatia, moestorum cōso-
latores, ueri assertores. Sine nobis, uino, et mulieribus
hilaris esse nequeunt mortales. Imo nos etiā nostris so-
lis facetijs alacres facimus. Natura nobis est semp læ-
ta, semper æque serena non nubila mens ut cæteris ho-
minibus seueris mœrorē sæpe aduchēs. Ne. Sed agite,
quem uos me facitis? Gna. Imo longe maiorem nos te
ad astra ferimus, te deum facimus, & si quid est Deo
maius, multus est nobis in ore rex Nero, rex liberalis-
simus. Ne. Verbis istis semper apud me cōmeatum, da-
pilesq; lances, tritaq; lucernas, in promptu reperietis
semper. But. Gratia sit domino regi de presentibus
patinis, futura dum accipiemus, etiā pares gratias ha-
bebimus. Ne. At quales in plebeiorum pœnatibus uos
geritis? But. In ædes admissi, culinas patinasq; lautas
petimus, illas exedimus, lingimus, lambimus, rodimus.
Damnosi sumus patinis & culinis, nudamus homines
argento, dapibus & esca. Ne. Pocula non efflagitatis?
Gna. Hirundines sumus poculorum, bibere non desi-
nimus, quoad guttula restat. Nos Vulcani sumus filij,
quicquid tangimus, comburimus & consumimus. Ne.
Approbat ne uulgus album uestrum? Cur. Nobis cal-
culum adijcit album dicens oportere uersutum esse, ac
rota est figularis: nullumq; hominē esse frugi quin bene
& male facere sciat ut nos. Ne. Nunquam ad uerbe-
ra uobis res uenit? But. Creberrime ulmeis pigmen-
tis nobis pellis ungitur, uerum ad pugnos indurata
cutem habemus. Ne. Pelles uestras istis meis poculis

iam farcite & patinis, tum minus ferire ipsum doleat
bit uobis.

CONVIVIUM NEGATORIUM

Salibus & nugis recensendis certant.

Hospes, Poeta, Somniator, Conuiuæ,
Seruus, Nugo.

Bouem mactati domi, ad intestina comedenda
rogo, sitis mihi conuiuæ uos quinque. Nu. Plures
nostrum sunt, gratiam habe in aliam uicem. Ho.
Plus carnis et intestinorum mihi est, quam uos deuora
re poteritis. Po. Attamen incommodum est, tantus con
uiuæ coetus. Hos. Minime gentium, Rancida mihi
sunt bouum intestina sine conuiuæ, solus sum cum solo
famulo, omnia nequimus deuorare, nam uultures non
sumus. Som. Tum fac pateat ædes, intrabimus tecum,
uisuri quo nos excipere uelis. Hos. Fœlicibus auibus
limen transcendite. Gratulor uobis fœlices aduentus in
domicilio meo. Nu. Fœlix sit et tibi ac comoda hæc ha
bitatio. Ho. Serue promptuarium resera carnes tosta
depromie, cereuisiam præbe et calices, quæque conuiuio
apta conueniunt ministra. Ser. Clauis promptuarij præ
be, occlusum est. Ho. Velox redi. Nu. Festinare tanto
pere haud opus est, expectabimus facillime, fame non
preminur. Ho. Quid tum, aliquem tamen in stomacho ha
bebitis locum bolis aliquot. Tu serue unum aut alterum
intestinorum ueru ad prunas torreas. Ser. Exequar.
Ho. Vos interim de his carnibus sumite. Nu. Fiet. Ho.
Ipse exemplo uobis ero, prius in quadram buccellam de
cerpendo,

serpendo. Po. Age, tum fenestram edēdi et nobis aper-
ries, ut hospitis est munus. Ho. Vinū hoc pitifate, pa-
latis sapiet. So. Propino tibi. Ho. Bibas prospere. So.
Certe nobile est, et cum quolibet alio sapore certaret.
Hos. Tale est, ut ad egenorum mēsam bibitur. Som. Et
acre et suaue est. Ho. Exta illa calida, dum seruet, edi-
te, frigida insipida fiunt. Poe. Iphis non parce utemur.
Ho. Vt ita silentes & taciti estis? quid in corde uolui-
tis? an curā prolium educandarum? Nu. Non, istarum
sollicitudinē matribus & uxoribus relinquimus. Hos.
Sumite animos hilares bibendo, quis nobis scomma ali-
quod recensabit, quo ridebimus? tu istud facito, Nugo
uocaris, fac & nugeris nobis nōnihil. Nu. Scōmatum
uel facetiarum expers sum, attamen quod scio dicam.
Mulieres uetulae in templo orantes clunibus attrahunt
pedes, scitis qua gratia? Ho. Ignoramus, tu dicito. Nu.
Ideo, ut si quid per posticum uenti emiserint, non per-
dant sine fruge, sed ipso pedes calefaciant, ut Plauti-
nus ille Euclio, nocte follem ori astringebat, in quem
anhelitum mitteret, et mane ignē cum ipso excitaret.
Som. Audite et me, Somnium hac nocte habui, multum
me inuenisse auri et argēti lepidæq; nymphæ adiacere
me amplexanti, at expergiscēs sensi felem mihi adesse
lingens maxillas meas, nam madebāt ex hesterna cra-
pula. Ho. Tu poeticas facetias nobis narra, tum omne
impendium huius conuiuij immune habebitis. Poe.
Aures arrigite, uersus audietis lepidos in hara Poe-
tica natos, undecim scilicet hos: Dum uina bibo,
tristari

tristari non bene quibo. In haustu primo letor sub pe-
toris imo. In cordis fundo letor dum bibo secundo.
Post tertium potum, unum mox fit mihi notum. Et po-
tus quartus letum reddit atq; facetum. Et potus quin-
tus letam mentem facit intus. Dum bibo bis ter, sum
qualibet arte magister. Potu septeno frons efficitur
sine freno. Potus bis quartus, mihi sensus tollit et ar-
tus. Sed si plus bibam, Kannen, top, omnia frangam.
Ut corpus redimam, Rock, hemmet, omnia uendam.
Hof. Ridiculi per Herculem sunt & poculis apti uer-
sus. Poc. Ipsos boni consulite, qualis sum poeta, tales
& dico uersus. Hof. Immunes uos omnes iam á sym-
bolo fecisti. Poc. Gratiã referemus olim.

CONVIVIUM TABERNARIUM

ubi certo asse & nummis presentibus con-
uiuatur et soluitur.

Tabernarius, Iasperus, Henricus, Maximi-
lianus, Volfgangus, Georgius, Ar-
noldus, Viatores.

IAs. Ho, ho, nemo huc prodit, uacant hæ ædes? Ta.
Quis foris pulsitat clamãdoq; domum personat.
Ias. Salue hospes tabernarie. Ta. Et tu. Ias. Et quid
lauri habes obsonij? dap silice ne instruxisti focum? no-
strum hic sex peregre profecti adsunt ex itinere fessi,
et esuriētes, cibiq; et potus cupidissimi. Ta. Satis recõ-
ditum cibi habeo, si uobis æs exoluendi suppetit. Hen.
Bonorum datum habemus, pecuniasq; Cræsi et Cræsi
equantur

equamus opulentia. Ta. Isti asidete mensæ, fercula iã
afferri faciam, q̄scite interim. Ma. Faciemus, ac tu fe
stina, acerrima nobis fames est, qualem ab incunabulis
habuimus nunquã. Ta. Morbo isti medebor pulcherri
me, de ista perna uoragines uētris sarcite, mox lautio
res patinas asserã, sed cibum cōsecrate prius. Vol. Be
nedicite, Hen. Dominus. Vol. Christus dei filius, salutis
humane autor & conseruator, tabernarium hoc prã
dium nobis benedictum reddat. Hen. Amen. Vol. Nunc
edemus, ipse morari nequeo. Ias. Ede, non morabimur,
quin & nos cibum sumemus. Ar. Dura est & admo
dum salsa caro ista. Max. Potu falsedinem pelle. Ar.
Cantharum medium ebibã. Vol. Tum ad fundum ipse
exiccabo. Ge. Heus heus hospes, cereuisiæ plus prome,
hæc epota est. Ta. Abunde cereuisiã asserã, placet ne
& uinum? Max. Vtiq̄, quãto preciosius fuerit, tãto
ipso plus delectabimur. Ta. Hic uinum assero nectã
rcum, nectari cœlestium deorum ne latum unguem ce
dens, eo hilares uos reddite. Ias. Faciemus, alia obsonia
prebe, assi si quid habes, elixis non oblectamur. Ta.
Sunt mihi capi duo illaridati et anser in uerū adhuc ca
lidi, de ipsis quid asserã? dicite, utrum ansere an capis
palata plus gaudeã uestra. Ias. Anserem feras, capos
tibi serues. Ta. Accipete eum, pinguem, et adipe multa
ac si tener uitulus esset. Hen. Ho, ho, sodales optimi
lassitudinẽ utinere longo cōtractã nunc curate, incidi
mus in cœlum. Max. Præbibo tibi guttur mihi cōstrin
git anserina ista caro. Ias. Ex postico anseris edas. Vol.

Oleto

Oleto ipsius iam capior magis, quam si uiueret. Ta. O uos cōuiuæ, ut nunc stomachis ualetis, est ne factū melius? Max. Lōge præstātius intestina nunc uigēt, quam dum adueniebamus. Ias. Hospes propmo tibi. Ta. Profit, bibere nōdum cupio, imprāsus sum, bibite uos basilice, ipse impendiorum immemor non ero. Ge. Et nos tuorum obsoniorū nō obliuiscemur. Ta. Istud decet ad mēsam. Hic caseū accipite, qui aduenarū hic solet esse terror. Max. Nos perterrescet minime, sat æris habemus, unde symbolū pēdemus. Ta. Edite de ipso, uel butyro quātum lubet. Ias. Tolle mēsā hospes, sat edimus, hinc abeundum est. Ta. Nō abeundum, sed soluēdū qsq; uestrum tribus albis symbolum soluet. Vol. Hui, tātum? uix cibus ualuit tātum. Ta. Vini bibistis multum. Max. O uos sodales optimi hinc quomō euademus, quo pendemus symbolū? Ias. Hospes æs in numerato nō habemus, nostra chyrographa tibi dabimus, mox exoluturi et è patria tibi æs missuri. Ta. Chyrographa non accipio, nā literarum expers sum, sed uel pecuniā uel exuias. He. Nunc uersuum quorundā recordor. Est bona nox, hol wein, melior, schenck ein, optima, trinck aus. Est mala uox, rechen, peior, bešalē, pessima, den rock aus. Ta. Sit pessimum uel optimum aut soluite, aut uestes exuite. Ias. Accipe has uestes ad uesperam, uel ad summum cras repignorabimus & redimemus.

CONVIVIUM NATALE.

Macrinus natalem diem celebrans, Persius, Castor, Pollux, Coquus conuiuæ, Seruus.

IO, so, o festiuissimum diē, o cādidissimum solem ho-
diernū, fœliciorē integer annus habet nullum. Per.
Vnde tantū hodierni diei Encomiū profers? Ma.
Ignorabas hodie mihi esse diem natalē? Pe. Per Hercu-
lem nō cogitabā, nō tum natalicio tuo die nos tuos ami-
cos epulis et mēsa excipis? Ma. Vtiq; adsitis meo prā-
dio oēs quatuor, meum diē geniale mecum celebretis.
Cas. At quātū impēdij faciet qsq;? Ma. Sumptus nihil
impēdetis, ipse ferā oīa, crumena mea. Pol. Age, pplā-
cet, cōdicimus, nō opus est nobis scindere penulā. Ca.
Vbi cōuiuæ uocamur sumus facillimi, ubi ad erogandā
pecuniā, surdi, et auribus mortui. Ma. At natalitijs mu-
neribus me ut donctis oportet. Per. Ipsa mittemus lubē-
tissime. Ma. Coce sunt ne edulia pcocta? Co. Quādo lu-
bet accubitum ite. Ma. Serue est ne mēsa decorata qui-
bus solet ornari? Ser. Est, et diutissime. Ma. Lauetis
mei cōuiuæ et discūbite. Ca. Prius discumbere tuū est ut
hospitis. Ma. Bñdicite. Per. Dñs. Ma. Cūctipotens deus
coeli et terræ dominus, bonorū omniū autor, creator,
saluator humanæ creaturæ, hoc natali conuiuio, cibum
et potum nobis pransuris salubria facere uelit. Per.
Amen. Ma. Nunc epulis negotium sumite et pocu-
lis, Pol. Ocium non agemus. Ma. Salsuginosam illam
carnem uel porcinaam gustate. Ca. Fiet. Ma. Serue
ad cyathos sta, uideq; ne siccitate hient. Ser. Cu-
rabo. Ma. Iurulentas fer carnes, hic siccis non est
delicium magnum, quadras alias porrige. Ser. Exe-
qui uolo. Ma. Carnibus istis iurulentis frumini quodd
asse

assa afferetur. Per. Facile est contentum esse patina tali poculisque lapidis. Ma. Genio indulgete, Epicurique uiuite. Pe. Propinquo tibi infelix auspiciū sequentis anni. Ma. Hodie alium auspicor annū meae aetatis. Per. Tibi nunc est exordium anni, ut omnibus mortalibus, ipso circūcisiōis die. Ma. Assae carnes fac adsint famle. Fa. Efficiā celerrime. Ma. Orbes tolle, aliosque praepone. Cas. Omen foelix tibi hoc poculo opto o Macrine. Ma. Et tibi ipsum nō sit infelix. Po. Age bibēdo mihi par referas. Ma. Non differā, omnibus uobis ad has tostas carnes praebibo, in gratiā, quod hoc natali meo die me inuisistis. Cas. Lubētes fecimus, maiora uelimus si inseruire tibi poterimus. Ma. Decerpite assum, ipsum propositum est ut edatur, nō ut rursus in culinā defertur. Po. Strēnue nostrū agimus munus. Per. O Macrine hilarē hūc sumas diē, genio assatim indulge, deoque gratias habe, quod hoc die uitae munere te fungi fecit et cōcessit. Ma. Istud hodie feci, facio et quoad hic dies duraerit faciā. Cas. Macrine scis ne? cur munera mittantur ab amicis, illi cuius est dies natalis? Ma. Puto quod signū sit amicitiae, eo munere gaudeāt natū esse in mūdū eum cui mittant. Cas. Ut die circūcisiōis donatur xenia, ob noui auspiciū anni, ita ipso die natali nato homī. Ma. Verisimile est. Ca. Sic res est. Ma. Serue bellaria appone, et cyathos aspice an sitiāt. Per. Nūquā uidi calices sitire. Ma. Intelligenti pauca satis faciūt, caseo hoc ora exiccate, butyroque aīos si moerēt lenite. Pol. Macrine, praebibo, optoque, foelix sit tibi dies natalis posteraque aetas. Ma. Comode

cedere, tabernam potatoriam accedens in sinum sumerem
halec salsugine erutum, de quo lamberem inter potan-
dum, ut sitim acciperem. Fra. O nobilem meam Fran-
coniam, in qua uini suavis bibuntur calices, ibidem si es-
sem uiuerem indulgentius. Sax. In Saxonia mea et nobi-
lis ac satis crassa cereuisia potatur. Hes. Hestia mea ca-
prinis carnibus abundantissima est, in ipsa quoque obsonia pin-
guia et multo iuseculo eduntur. Sue. Sueui mei uino et
nucum copia superbiunt. Phry. Phrysi nostri butyro
fertilibusque caseis nobiles sunt et laudabiles. Fra. Quid
tu Coloniensis ais? in quo tuam Coloniam effers? Co.
Opus non est praconio, satis seipsam comedat. Fr. Da-
pes opipare uobis Coloniensibus nullae sunt aliae quam
piper rugosum. Co. Ah uos inopes Germaniae orienta-
lis uel superioris, uos aquae bibuli. Fr. Si nostrates aquam
non biberent, diu Rhenus uos occidentales Germanos sub-
mersisset. Ob. Quisque suam repetet domum, ne quo uestris
palatis arridentia obsonare, nam nimium dissident.

CONVIVIUM HELLVONVM

poculis sese urgentium.

Hermanus, Arnoldus, Fratres, Iasperus et Georgius.

Sitio affatim, quid consilij praebes mi frater? Ar.
Remedium non est aliud magis praesentaneum siti quam
epotatio crebra poculorum. Her. Pocula quid iu-
uant uacua? Ar. Pocula puto non inania, sed potu re-
ferta, uacua uasa, pocula non merentur dici. Her. Qui
hoc? Ar. Pocula (ni fallor) dicuntur calices, quasi po-
tum continentis uel continetia. Her. Potatum quo nos co-

M 2 feremus

feremus? Ar. In eas aedes ubi conuenire soliti sumus.
Her. Iucundum est duobus solis cōpotare, si quos ha-
beremus congerrones siue compotores? Ar. Forte in
ipso domicilio cereuisiario quosdam inueniemus nostri
consortij. Her. Accedamus Iasperum ueterem nostrum
cōmilitonem. Ar. Perplacet confestim eamus. Her.
Heus heus Iaspere es ne domi? Ias. Non sum Her. Nō-
ne te loquentē audimus? Ias. Non Iasperum, sed forte
Theologum auditis. Her. Ecce obliti per Herculē fui-
mus istius tui cognominis, quid agis? Ias. Latitas semper et
assides Theologicis tuis libris? Ias. In grāmaticis regu-
lis sudauī & legi. Quid uenitis? quid expeditis? Her.
Venimus curatum cuticulā tecum ad pocula. Ias. Hęc
domus ad algidam dicitur culinam, nihil neq; cibi, neq;
potus neq; ignis est. He. Adest cantharus quo potus fe-
ratur? Ias. Fidelity habemus, non stanneum cantharum.
Ar. Dulcior est potus ex fictili poculo quam stanneo.
Her. Istud est, quod dixit Agatocles Rex, filius figuli,
qui rex maluit ex fictilibus uasis quā aureis bibere. Ias.
Hic ē regione in taberna cognaria cereuisiā ferā, in-
terim expectetis. Her. At redi uelox, sitimus fortiter
et acerbissime. Ias. Hic redeo, fœlix sit cereuisia bibē-
tibus. Ar. Et tibi asserenti nō infœlix. Ias. Hoc poculo
ebibēdo, aut totū, aut mediū cōbibemus. Her. Arridet,
sit ratum quod loqueris. Ias. Hermanne, præbibo tibi
integrum poculum. Her. Esto, accipio libēter. Ar. En
Georgi unde tu proripis? Ge. E laribus meis adsum-
nisum uenio qđ hic geratur. Her. Hic potatur, genioq;
indulgetur,

indulgetur. Ge. Istud uideo. Ias. Assideas, sisq; nobis cō
potor. Ge. Acre careo. Her. Prædiuitem habemus con
uiuij principem, Iasperum nostrum tertium Catonem,
et octauum sapientem. Ias. Nasum uestrum nosco, na
sati estis, præter hoc nihil. Ar. Hui, bibite plenis pocu
lis cōmilitones optimi, exemplum uobis dabo, calcarq;
addam calicem hunc iniurgitando. Ias. Ho, ho, instar
uacæe bibis. Ar. Vsq; adeo sapuit, desinere et cessare
non patui. Her. Georgi, tibi propino. Ge. Accipio lu
bens. Her. Ut desideris tam siccis palatis, calices oscu
lamini, ipsisq; linguas madefacite. Ar. Nō feriabimur.
Her. Cereuisiæ plus feras, hæc epota est. Ias. Asses tres
porrigite. Ar. Ad calculum feras, in digressu solue
mus. Ias. Sin minus feceritis, uestibus uos nudabo. Her.
Nunc eas ocyus. Ias. Fœlix faustaq; sit quã fero cere
uisia bibenti et soluere uolenti. Ar. Quid? non esset
salubris satisfacere recusanti? Ias. Iste non bibat. Ar.
Nunc tanto cupidius bibemus. Hui bibite plenis buccis
sodales optimi, bibite ad iugulum usq;. Ge. Quid illud
conferet? Ar. Multum sanè, quãtum quis plus potu ma
det, tãto peritior est, iucũdior et hilarior. Ias. Hermãne
hoc te saluto calice. Her. Non obsit, ebibe, aut non su
scipiã á te. Ar. Abeundi tempus est, uespera iminet. Ia.
Exoluite prius impendium. Her. Ad Græcorum Ka
lendas. Ias. Memor ero, ubi locus fuerit.

CONVIVIUM COMMILITONVM LI
terariorum asses suos congerentium.

Henricus, Iacobus, Arnoldus, Petrus, Cornelius.

M 3 A merie

A Meridie quid operis faciemus? Ia. Inscius sum.
Hen. Si me audire uelitis, scire quid facere cō-
ferret. Ia. Exprime, audiamus. Hen. Ut asse cu-
iuslibet apposito cōuiuolum instauraremus, diu nō cō-
potauimus. Ar. facile dictu est, sed difficile factu. Hen.
Qui hoc? Ar. Aere laboramus. Pe. Neq; cingulus, ne-
q; marsupium, neq; assis minimus mihi est. Cor. Et mihi
assis non est, quo restim emerem. Hen. Consilium dabo
ut nonnihil æris acquiratis. Parentibus uel cognatis di-
cite libellum aliquem albo nummo uos empturos, & il-
lum deinde potaciunculae insumemus qsq; nō nisi unius
albi nummi (ut uulgo dicitur) sumptum faciet. Ia. Op-
timum consilium & acceptandum. Hen. Quisq; illico
domum eat, & tantum æris à parentibus uel amicis
petat. Ia. Curabimus. Hen. At præpeti gradu redite.
Pe. Ibimus, uia uorantes. Ar. Redeo, et uoti cōpos fa-
ctus pecuniam affero. Ia. Presto et ego sum à matre
hoc nummo donatus. Pe. Venio ipse quoq; sed serus,
quia diu pater nolebat annuere et marsupium laxare.
Hen. Vbi tu tã serus moratus es? qd te detinuit? Cor.
Dura ceruix meæ nutricis, quæ decies assem in manu
uertit et reuertit, antequã exponit: Hē. Renuerat tibi
tãtillū nummorū? Cor. Aegre extorsi, et ferme lachri-
mātibus ocl. Hē. Velocissime nūc potatū eamus, uiua-
musq; cercuisiarij potatores, dū nequimus bacchanalia.
Ia. Quo cōcedemus? Hen. Ad ædes meas, ibi solitudine
fruemur potitabimus et io io cātābimus, nemie picipiēte
Intretis pulcherrimi cōbibōes et cōmilitones literarij.
Ar.

Ar. Aequum est, ut qui totis diebus sudantes et labori-
osi cōsedemus in gymnasio literario, animis tristibus
tremētibusq; corporibus ob praeceptoris saevitiā et fe-
rulæ metū, sic et nos ad pocula exhilaremus aliquñ. Pe.
Decet ut q miseriarum fuerunt etiā letitiæ sint parti-
cipes. He. Quisq; uestrum nummos mihi det, ego prin-
ceps cōuiuij ero. Cor. Muneris istd' habeas, sed fideliter
exeqre nō aliqd pecuniæ recōdas in loculum. He. Potiā
et triticeum panē mercabor, quoad teruntium habuero
ibo iā latum cereuisiā. Ia. Vade et celer redi. He. Tar-
dus nō ibo. En redeo. Potus hic cerere coctus, saluti sit
omnibus bibētibus ipsum, sed praebibere est meum, tibi
propino Arnolde. Ar. Accipio libēti animo. Pe. Iaco-
be, libet ne bibere? Ia. Liberet si haberē. Pe. Hunc ca-
licē tibi praebibā medium. Ia. Id facito, cupio. Pe. Bibe
nunc et tu. Ia. Aliqd panis triticei da, edere oportet me
dum bibo. Ar. Et edēdo bibere necesse est, si cibum de-
coqre et ingerere debeo. He. Cuius est bibere? in quo
sistit amphora potitet, quo et nos alij potu fruamur.
Ia. Vide ne deficiat cereuisia, alioqui pugnos edes, aut
uersus caput cātharū mittemus. He. Nō cupio istā for-
tunā et cōmoditatē, satis supq; adhuc restat, uos saltē
inuicē praebibite. Ia. Corneli, tu sitim potu nō cōpri-
mis, propino tibi huius calicis mediū. Cor. Salutiferum
tibi sit. Pe. Hoc ebibā, tum nō sine fruge sumptum fe-
ci. Hen. Pecuniæ suæ quem poenitet, potu se cōsoletur.
Ia. Ipse ad summum iugulum me implebo, cogitaboq;
nummos, quos a domo paterna attuli, stomacho et uentrū

ne immisisse. Ar. Non falsus erit cogitatus, nam bibuli domum in uentre referunt, quod mane extulerunt aedibus in crumena. Cor. At abeamus hinc, tempestiuum est. Ia. Fiet.

CONVIVIUM LUCRI LVSORII.

Albertus, Christianus, Vesselus, Matthias,
Dionysius, Staphila mulier.

At tendite, attendite sodales & collusores charissimi, uestes induite in tempore, hinc ut discadamus: morabimur etiam adhuc horulā in potatoria domo. Chr. Ageremus cōpotatiunculā? repetenda mihi est domus paterna, alioqui si serus uenero, pugnos edam. Al. Non annum peragemus bibendo, pedibus insistendo lucrum ludi consumemus. Ve. Quātum æris dedit uictoria? Al. Albos nummos tres. Ma. Nullos nigros nūmos? Al. Nugas agere incipis. Di. Eamus non diu sistemus pedes, in proximum hic ad portā, ubi baculus stramine obsitus extensus est. Mat. Ibidē uenit cereuisia precio suo respondens. Chr. Es notus mulierē uendenti? Mat. Sum comitamini, ego præcedā. Al. I præ, nos in pedes seqmur. Ma. Heus, heus, nemo huc pedit? Staphila ubi lates? Promes nobis cereuisiæ mēsurā. St. Lubētissime, subite tectum, nō foris ac mēdaci pedes figite et stetis. Accipite et bibite prospere. Ma. Tu prius bibas ut dignum est. Sta. Faciā, ne incantasse me potum suspicemini. Ma. Minime illud timemus. Sta. Ite accubitum mensam, quid pedibus insistendo biberitis? Al. Aeq; stantes ac sedentes tempus prodigitis, libet

tis, libet è poculo bibere? Chr. Placet, porrige fictile
aliqd'. Sta. Nunc infundite. Ves. Aegre effunditur ubi
nullus restat potus. Sta. Detis, plus promā. Mat. Duas
nunc porrexisti mensuras. Sta. Verum est, cupitis buc-
cellam panis, quo bibere plus delectet. Al. Non, ad pa-
rentes eundum & properandum nobis est, ibi coenabi-
mus. Sta. Si placuerit, sponte impartiar uobis. Ch. Iu-
xta gratiā habe, ac si dedisses. Ves. Propere abeamus,
moramur nimium. Mat. Staphila denuo i eductum po-
tum, deinde discedemus. Dio. Cōueniet tertia mensura
cōsumpta calculum facere, nā omne trinum perfectū
est. Sta. Hæc tertia sit uobis salutifera. Al. Præbibas
mihi, dulcior est potus post haustum á muliere è cātha-
ro factum. St. Leporis in me cadauerosa muliere nihil
est, si triginta annis iunior essem. Di. Nōdum usq; adeo
annis cōfecta es, adhuc butyrū (ut uulgo puerbiū est)
tuis in labijs liqueceret. Sta. Minime per Pollucē, ex
senio edentula facta sum, cōuenio ad libidinis pruriē-
tis titillationē expellendā. Al. Tu totum diē transige-
res nugamētis, bibe ut hinc soluamus anchoram. Mat.
Propino tibi. Al. Fœlicitatē bibas. Di. Cæteris propi-
nes, ipse exoluā potum. Audis Staphila, tres cātharos
cereuisiæ habuimus, nōne? Sta. Verum est. Mat. Num-
mos tene, nos discessum faciemus. Sta. Ite bonis auibus.
Al. Sit tibi nox fœlix & fausta. Sta. Vobis quoq; sit
fortunata & secunda, quodocunq; fores præteritis
meas, huc potatum cōcedite, si præsentis non habue-
ritis, nūmos ad fidē cereuisiā dabo. Ma. Faciemus. Ch.

M S Quam

Quam callida in suum quaestum est animus illa, reuocare nos et allicere conatur, quo saepe potui insumamus nummos apud se. Ves. Superstites semitres albos inquit conferamus? Al. In copotaciunculam proximi nostrae congressus. Mat. Aedes suas quisque adeat, hinc digrediendum est nobis, prosperam praecor uobis noctem. Dio. Et nos tibi quoque.

CONVIVIUM VLTIMI DIGRESSUS, dum discessus monumentum copotator.

Crato, Nicolaus, Fridericus, Laurentius,
Pater discessuri, Puer.

IN cenam uos tres uolo conuiuas, si integrum uobisque cordi fuerit. Ni. Vnde tanta tibi liberalitas est quod conuiuas nos uocas, cum soleas esse Plautino Euclione tenacior. Cra. Cum ipso tenacitate commutauit liberalitate Ni. Qui tam subito? Cra. Cras hinc abibo exulatum peregre. Ni. Forte in literarum emporium proficisceris? Cra. Istud faciam. Lau. Tum monumento digressus nos donabis ad hodiernam cenam. Cra. Sic fiet, uos adsitis, exporrigemus frontem genialiter. Ni. Adueniemus, at quota hora? Cra. Sexta postquam sonuerit, facite ut domi nostrae sitis. Fri. Curabimus, tu abi, nos in tempore sequemur. Cra. Vos sumi ueditores dicam, si me non inuiseritis. Ni. Viri sumus, promissa facto exequemur. Fri. Donabimus ne ipsum uino? si comeffatum ipsum adierimus? La. Minime gentium, sui muneris est, nos tingere poculis et uino, in discessus monumentum, nostrum uero pensum erit, si quandoque remigrauerit huc
saluus

saluus uino excipere ipsum. Ni. Ibi mus tum ad coenam
ipsum cōuentum? Fri. Quid ni? id dedeceret, addixisse
ipsi & emanere. La. Quotam sunuit horā? Ni. Quam
tam, et sexta instat. La. Eamus igitur, si accincti estis,
ne in nobis sit mora. Fri. Properare opus non est, licet
nos post coenae auspiciū uenire. Ni. Fores pulsa, aut tim
timabulo sonum facito. Cra. En mei cōmilitones, gra
tum mihi est quod uenistis, desperabā de aduentu ue
stro. Fri. Tales non sumus, qui factis dissonent ā uerbis,
sed ubi pater est? an ne hic domi? Cra. Intus insidet hy
bernaculo, ingrediemini. Ni. Præeas tu. Cra. Sequimini
ni. Pa. Qui adsunt? Cra. Cōmilitones mei aliquot. La.
Bonus uesper sit tibi heros. Pa. Et uobis, grati sint ue
stri aduentus. Ni. Gratiā habe, Aduenimus huc expor
rectum frontē cum Cratone ueteri nostro sodale, qui
cras se hinc peregrinaturum aliō dixit. Pa. Digne fe
cistis, est mihi acceptum uestrū aduenire, manibus aquā
accipite, iam iā mensæ accumbemus. Puer consecra coe
nā. Pu. Benedicite. Pa. Dominus. Pu. Huius nostræ coe
ne fercula & potus, benedicat & consecret Deus,
qui sua suauitate nutrit omne uiuens, pascit creaturas
omnes, nullum sibi fidentem & iustum deserit, uelit
& nos hoc uesperī alere cibo et potu, in animæ nostræ
salutem et suum honorem. In nomine Patris & Filij
& spiritus sancti. Pa. Amen. Nunc discumbite hilarem
sumemus hanc coenam. Ni. Tu discumbe, nos asidebi
mus. Pa. Hic mihi solet esse sedes. Puer obsonia affer.
Pu. Adsunt. Pa. Vino reple uitreos calices. Pu. Curabo.

Pa. Has

Pa. Has carnes iusculo elixas edite, mox deliciae
 dabuntur. Lau. Munus nostrum exequemur belle. Pa.
 Præbibo uobis tribus, quod dignati estis huc uenire cœ
 natum ad monumentum discessus filij mei. Ni. Bibas fœ
 liciter. Lau. Crato hoc poculo te adior. Cra. Susci
 piã ex corde. Fri. Nicolæ propino tibi. Ni. Sit cōmo
 do. Pa. Puer tolle hęc patinã, et alia edulia affer. Pu.
 Porrige. Pa. Assas has frigidas carnes comedite, quisq;
 ad suã decerpatur quadram. Ni. Crato ut saluus discedas
 fœliciorq; redeas, hoc uitrum tibi propino. Cra. Com
 mode bibas. Pa. Crato quocũq; ueneris uide ut probus,
 fidelis, diligens literarum, fugiens ludi, amans Dei &
 probitatis sis, nulli quam tibi olim proderit. Cra. Ho
 nestissime agã, ne cures mi pater. Pa. Cura, tibi luditur
 si non feceris. Puer tolle mensam, & hymnum gratia
 rum actionis dicas. Pu. De sumpta cœna benedicimus
 domino. Pa. Deo gratias. Pu. Cuius benignitate pasti
 sumus, conseruamur uiui & salui, sit benedictus gra
 tiarumq; sempiternã habeat. Cra. Amen. Pa. Vos ado
 lescentes gratiam habete de aduentu. Ni. Et tu de cœ
 na tua. Pa. Præbibo uobis potum gratiarum. Ni. Pro
 fit, nunc abscondi tempus est. Crato cras in digressu te
 alloquemur. Cra. Sic fiet, iam ualete.

¶ Conuiuium disceptatorium & literarium.

Iasperus, Ioannes, Henricus, Mar
 cus, Maximilianus.

Vos opulenti, nos lucupletissimi, quãdo e uestris
 loculis conuiuium aliquod nobis instructis & Io.
 Conuiuari

*in dno fuit
 hunc hunc
 de hunc hunc*

Conulari tu semp expetis, si piscis esses uularium om-
ne exorberes, in quo recoditus esses. Ias. Ille potus no-
iuuaret me, sitire malle Hen. Ad conuiuium impendio-
sum sex albos immunes dabo. Max. Et ratum ipse ad-
dem. Mar. Io, Io, nunc bibemus, et ad Epicureorum mo-
rem cuticulam curabimus. Hen. Hic pecuniam meam
expendam. Ias. Redde et tuam. Max. Accipe. Ias.
Ibo latum uinum. Creticum uel uulgare? Max. Quod
uulgo uenditur illius multo plus ista mercabitur pecu-
nia. Ias. Ferendo uinum ab impendio liber ero. Max.
Triticeos panes aliquot emas, unde rodemus et uino
perfundemus. Ias. Nosco, securi sitis, expediā quam re-
ctissime. Hen. I celeri gressu. Ias. Hic affero uini mesu-
ras quatuor, quālibet uiginti teruntijs. Max. Tu cy-
this infunde. Ias. Sed hunc calicē latori debitū primus
ebibam. Hen. Bibe et praeliba, sit ne uencno infectum,
tum nos securius et audentius bibemus. Ias. Propino ti-
bi. Hen. Sit tibi bono. Ias. Omnibus bibulis uobis pre-
bibo. Max. Sit saluti tibi poculorum baratro. He. Istud
conuitiari nihili pēdo. Ma. Iaspere hoc cyatho te aggre-
diar. Ias. Accipiā grato animo. Agite uos combibones
optimi, hic inter pocula literarij aliquid tractemus, ne
tēpus (ut Plautus inquit) cōburemus sine fruge. Mar.
Conueniet, nam ut Persius ait. Ecce inter pocula qua-
runt Ramulide saturi, quid dia poemata narrent. Ias.
Ego differenda praeponam, uos respōdete. Max. Fa-
ciemus. Ias. Vtrū melius esse creditis, doctū esse, et uir-
tute praeditum, uel indoctum et uicijs inquinatū? Max.

Lippi

Lippi & tonsores istud dijudicarent, & uirtutem &
scientiam toto caelo praestare uitijs & inscitia. Ias.
Causam dicite. Max. Virtus ad aethera uehit, uitia ad
manes praecipitant, Scientia decorat hic in mundo, &
post uitam hanc lucere facit homines quasi splendor
firmamenti, Indocti digitis extensis exhibantur, nihilq;
a caudice differunt. Ias. Vtrum praeualet pax & con-
cordia, uel lis & discordia? Hen. Pax, nam nutrit
omnia, conseruat singula, & tres paruas auget, diui-
nitas mortalibus data, Discordia omnia dissipat, con-
seruat nihil, diabolica est, ab imis inferis in mundum
missa. Ia. Vtrum literatum & inopem esse, uel indo-
ctum & opulentum praestat? Io, Literas scire & in-
opem esse. Max. Inopes tamen nequeunt emergere
& passim pessundantur. Io. Pauperes et docti ubiq;
in uiros euadunt, nam artem quaerit alit terra. Ias.
Idco sodales dilectissimi quicquid agimus, curemus
semper, ut operam literis nauemus, chartis impalle-
scamus, ut olim pedes caelo extrahemus, pennas ni-
do extendemus, nostris maioribus aut pares fiamus
aut praeluceamus uirtute. Hen. Haftenus illa, bibite
ordine omnes, discedendū est. Ma. Propino tibi. Hen.
Libenti animo suscipiam. Ias. Gratiam agimus uobis he-
ris & heroibus nostris, de hoc impendioso conuiuio no-
bis largito. Hen. Quod fecimus sodalitatis causa acci-
pite & gratis. Ias. Vbi nostrae creuerint opes, uices
pares reddemus.

FINIS.

43401

ju

K 2497666

Sb.

~~Das~~ ~~S.~~ ~~hanc~~ ~~in~~ ~~hanc~~ ~~lib~~
uicf.

Hans Christian Krampf
ao 1. 6. 63.


Alles mit Gottes
Fangen an so wie in
Glocken und
-fan

2

7







CONFABV

LATIONES TYRONVM LITERA-
RIORVM, AD AMVSSIM COL-
loquiorum Erasmi Roterodami
Autore Hermanno Schottennio Hesso.

AB AVTORE RECOGNITE, & aucte.

TRIGINTA CONVIVIIS
lepidissimis

LIPSIÆ
EXCVSSIT NICOLAUS FABER.

constat ungi 5 setibus

